XVII. A. F. 140


Digitized by the Internet Archive
in 2009 with funding from
Research Library, The Getty Research Institute

http://www.archive.org/details/dissertatioetani00lupi

A. M. Lupus

EPITAPHIUM
SEVERÆ MARTYRIS
ILLUSTRATUM.

DISSERTATIO
ET
ANIMADVERSIONES
AD NUPER INVENTUM
SEVERÆ
MARTYRIS
EPITAPHIUM.



PANORMI, MDCCXXXIV.

Ex Typographia Stephani Amato.

Superiorum facultate.

ACAD LVGD
PUBLICA AUCTORITATE VENDIDI
Ex Bibliotheca RUHNKENIANA.

BERNARDO BENEDICTO MARIÆ
OCTAVII F.
GRAVINÆ

RAMMACCENSIUM PRINCIPI;

XII-VIRO REGNI CURATORUM (✠)

IN URBE PANORMITANA QUÆSITORI MALEFICIORUM
CUM JURE GLADII (†)

V. CL. ET INL.

COLLEGIUM PANORMITANUM NOBILIUM
ADOLESCENTIUM
Sub regimine PP. Soc. Jeſu,

SALUTEM.

QUO primùm tempore Collegium hoc noſtrum, ante ſex annos, coaluït; id unum nos omnes ſpectavimus, VIR CLARISSIME, ut teſtimonium aliquod haberet noſtræ in Se Voluntatis Pater Tuus, Clariſſimus Vir, OCTAVIUS GRAVINA ὁ μακαρίτης, quem non ſinè tenero quodam animi ſenſu poſſumus commemorare. Illi etenim Viro, ejuſque

 aucto-

(✠) Vulgo *Deputato del Regno.*
(†) *Capitan Giuſtiziere della Città di Palermo.*

auctoritati, atque eloquentiæ accepta referimus, referamuſque neceſſe eſt, commoda quæcumque, & ornamenta ex hoc liberali tam multorum Adoleſcentium nobilium convictu, educatione, ac diſciplina promanant. Cùm enim nullum eſſet in totâ Siciliâ Patriciis Pueris conſtitutum Ephœbeum, in quo honeſtiſſimis artium, ac diſciplinarum ingenuo homine dignarum inſtitutis, atque exercitationibus inſtruerentur; neceſſe erat majoribus noſtris, Liberos e ſinu & complexu avulſos, magno perſæpe rei familiaris detrimento, apud Italos mittere; quorum arbitratu, ac moribus educarentur; ſollicitudine, ac ſumptu ſemper ingenti, non ſemper ingenti profectu. Cùm itaque, anno MDCCXXII, Regni totius Comitia indicta eſſent; inter reliqua graviſſima, & Reipublicæ rationibus apprimè conducentia, de quibus copiosè, ac ſapienter Princeps retulit (erat namque tum unus è XII-Viris Regni Curatoribus) id fuit, ut Collegium aliquod in hàc Urbe inſtitueretur; in quo Nobiles Adoleſcentes, non apud Gentes exteras, ut adhûc in uſu fuerat, ſed magno rei tum familiaris, tum etiam publicæ compendio, domi quodammodò, artibus iis, ac facultatibus imbuerentur, quæ aliunde tantis ſumptibus petebantur. Quæ verba cùm ornatè, & graviter, quemadmodum conſueverat Vir ſapientiſſimus, in Regni totius Senatu feciſſet; rogati Patres, Quid de ea re fieri placeret; De ea re ita univerſi cenſuerunt; Uti daretur negotium Regni Curatoribus diſpiciendi, quibus demum viis ad id perveniri poſſet, quod Senatus Oratione illâ incenſus ardentiſſimè deſiderabat. Itaque factum, ut (Curatoribus quibus id muneris demandatum erat, aliiſque Patricii generis Viris, ſolicitè rem atque acriter urgentibus) non unicum tantùm, ſed duo, Nobilibus Adoleſcentibus inſtituendis

quæ-

φροντιστήρια, in ipſâ Panormi Urbe, brevi paterent; tanto Juventutis Siculæ profectu, ut dum extabit memoria S.C. illius, quod eâ die factum eſt; extabit autem diutiſſimè, beneficia hominis ſapientiſſimi in Regnum univerſum; in nos præſertim, obſcura eſſe non poſſint. Hæc igitur cum nos animo ſæpè volveremus (erant enim omnium Sermone trita, ac pervulgata) id ſpectabamus, ut occaſionem aliquam nanciſceremur, quâ Vir de nobis optimè meritus, & non malè locatum ſuum apud Nos beneficium, & illud præterea magni a Nobis fieri intelligeret. Præripuit ille quidem nobis obitu ſuo Laudem hanc; memoriam verò ipſam promeritorum ſuorum non eripuit. Hinc tibi, V. C. Paternæ non minùs virtutis quàm nobilitatis, ac decorum hæredi, inſcribimus hanc, quæ ſi ille vixiſſet diutiùs, nomine ejus inſignita prodire debuerat, Dissertationem, ſuper invento poſtremis hiſce annis Epitaphio Severæ Martyris apud Romanos: quam Diſſertationem nobis dedit donavit, qui Studiorum noſtrorum rationem moderatur; ut guſtaremus aliquid de pulcherrimâ, nobiliſſimâ, laudatiſſimâque Arte eruderandi è lapidibus antiquis præclara ad omnem Doctrinam monumenta: quod quidem Studiorum genus, tantoperè Europâ totâ ab literatis Viris celebratum excultumque, hoc præſertim ſæculo, adeo perſpicaci, Siculi noſtri minoris feciſſe videntur quàm homines ingenioſos, & humanioribus diſciplinis inſtitutos, decuiſſet. Tibi igitur, Vir Nobiliſſime, libamus haſce qualeſcumque in Lapidariâ facultate è Convictu noſtro primitias; ex quo, quemadmodum dignoſces quanti a nobis fiant beneficia quæ in nobis poſuit ſapientiſſimus Pater Tuus, qui dum de Collegiorum iſtiusmodi inſtitutione mentionem fecit, hæc etiam nobis ad eruditionem, ac doctrinam ſubſidia

ſidia comparavit; tum etiam perſpicies quanti te faciamus, hominem ſimillimum Parentis Tui: Neque enim nobilitate ſolùm præſtas; quæ clariſſima cæteroqui, ac maximè antiqua, Reges ipſos Nortmannos, atque Arragonios, cognatione, ac ſanguine ita proximè attingit, ut in Regio apud Catanenſes monumento, in quo nullus familiis nobiliſſimis aditus datur, liceat Genti GRAVINENSIUM mortuos ſuos inferre, *jure conſanguinitatis*; quod Martinus ille primus, ex Arragonicâ ſtirpe Siciliæ Rex, agnovit in diplomate anni 1405; ac ratum habuit; ſed & iis bonis es præditus, quæ nobilitatem omnem, ac ſplendorem generis vincunt. Ita enim conſilio vales, rerum experientiâ, morum probitate, cæteriſque Viri optimi laudibus, ut Te, quamquam nondum trigeſimum ætatis annum egreſſum, Comitia Regni hujus noſtri unum è XII-Viris Regni Curatoribus conſtituerint, quibus graviſſima jurium, ac Fortunarum totius Regni, negotia commendata ſunt. Quàm tibi Provinciam non immeritò demandatam fuiſſe oſtendit difficillimus ille Magiſtratus quem geris, tantâ cum prudentiæ, ac Virtutis laude: cùm Quæſitor maleficiorum conſtitutus in Urbe noſtrâ, cum Jure gladii, ita impios a delictis vigilantiâ atque auctoritate deterres, ut Bonorum omnium laudibus, ac verbis celebreris. *Quare habe hoc tibi, quidquid eſt libelli, qualecumque*, Vir Nobiliſſime; & Collegium hoc noſtrum, ut facis, ama. Ex Ædibus noſtris: VI. Eidus Novembreis, MDCCXXXIV.

MA-

MACULÆ, QUAS AUT INCURIA FUDIT, AUT HUMANA PARUM CAVIT NATURA.

		ERRATA	CORRIGENDA
Pag. 5. *in Tab.* 1.	*verſ. ult.*	*Aſſervantur*	*Aſſervatur.*
Pag; 19. *Col.* 1.	*verſ.* 40.	*nomen*	*nomine*
Pag. 26.	*verſ.* 18.	*Patricii* Et *Conſulis*	*Patricii* Et *Comitis*
Pag. 43.	*verſ.* 28.	munificentæ	munificentiæ
Pag. 52.	*verſ.* 2.	dexpeſſiſſe	deſpexiſſe
Pag. 67.	*verſ.* 35.	abbuſui	abuſui
Pag. 69.	*verſ.* 17.	*poſt* ſolent, *omiſſum eſt.*	Suboluit hoc doctiſſimo Thomaſino; qui (laudato libro) ſuſpicatus eſt Tabellas peregrinantium eſſe, poſſe lapides hoſce, cum impreſſis veſtigiis.
Pag. 75. *col.* 2.	*verſ.* 20.	MΠNOC	MHNOC
Pag. 86. *col.* 2.	*verſ.* 46.	poſt verba, *in numis Siculis*, deeſt,	*non concordant*,
Pag. 113. *col.* 2.	*verſ.* 27.	poſt, *quid ſignificet ignoro*, deeſt:	*Fortaſſe pictum fuerit pro* V; *ut denotaretur, lapis poſitus vivente M. Aurelio Staſimo*: *Id enim ſæpè ab literá* V *in ſaxis ſignificari Fabrettus evicit*, Inſcript. cap. I. pag. 32. 33. *Fortaſſe autem &c.*
Pag. 116. *col.* 2.	*verſ.* 1.	Characteres confuſos legere oportet,	*amoris & grati*
Pag. 122.	*verſ.* 9.	*poſt* naſcuntur, *deeſt*,	BIBA, BIBUS,
Pag. 126.	*verſ.* 10.	§. IV.	§. XIV.
Pag. 130.	*verſ.* 20.	FECEVNT	FECERVNT
Pag. 143.	*verſ.* 36.	*in Vrbe*	*ab Vrbe*
Pag. 154.	*verſ.* 5.	AP	PA
Pag. 166. *col.* 1.	*verſ. ult.*	FLICIAE	FELICIAE
Pag. 170.	*verſ.* 34.	conſumatum	conſummatum
Pag. 171. *col.* 1.	*verſ.* 23.	ἀσυϛαίσα	ἀσυϛασία
Pag. 174.	*verſ. ult.*	*appoſui atutē*	*appoſuit autem*
Pag. 194.	*verſ.* 34.	impervis	imperviis.

LECTISSIMIS, NOBILISSIMISQUE ADOLESCENTIBUS COLLEGII PANORMITANI

Apud PP. Societatis Jeſu,

CONVICTORIBUS,

Antonius Maria Lupi Presbyter Societatis ejuſdem,

ANNUM NOVUM FAUSTUM FELICEM.

§. I.

SCRIPTIONIS OCCASIO, ARGUMENTUM, DIVISIO.

ADMONET me, Adoleſcentes Clariſsimi, annus is, quem, Deo duce, feliciter auſpicamur, quartus ac trigeſimus ſæculi duodevigeſimi, ut Strenâ vos aliquâ, more veteri, donem; Strena, inquam, quæ & meam conditionem deceat, & veſtræ ætati, veſtriſque inſtitutis non utilis tantùm ſit, verùm etiam dulcis, & grata, *ut res ſapor ille ſequatur*, quemadmodum priſcus ille Poëta, omnium elegantiarum arbiter, cecinit; (1) *Et peragat cœptum dulcis ut annus iter*. Opportunè autem fit, ut literariis veſtris exercitationibus præpoſitus a Moderatore Societatis noſtræ, mecum Româ inter adverſaria mea attulerim, quod in eruditam Strenam vobis *Donem Dedicem*, κειμήλιον ſanè pretioſum; Ectypon ſcilicet inventæ recèns, (2) & nondum literatis Viris notæ Inſcriptionis ſepulcralis Chriſtianæ. Ea nobis SEVERAM quandam narrat, Martyrem ſub M. Aurelio Claudio Principe; ignotam adhuc Heroida, quæ nunc primùm, ope hujus monumenti, Chriſtianæ Reipublicæ, ac literariæ manifeſtatur.

Et hæc quidem inſcriptio nimiùm barbara primo intuitu videri alicui fortaſse poterit, atque inculta: ac ſanè, ſi ad Grammaticorum Canonas examinetur, minùs compta illa eſt, quàm deceat Juvenes, qui ad omnem politioris literaturæ venuſtatem erudiuntur. Verùm, quia in illâ ipſa ſuâ qualicumq; ſermonis Anomaliâ multa habet, quæ & pro-

(1) *Ovid. lib. 1. Faſtorum.*

(2) *Recèns inventam appello hanc Inſcriptionem, quantumvis ante tres ipſos annos detectam. Triennio enim ferme ſolido delituit apud Reverendiſsimum Dominum Canonicum M. Antonium Boldetti ſacris Cœmeteriis Præpoſitum; qui ejus videndæ copiam non fecit, niſi pauciſsimis, ac ſelectiſsimis amicis, quos inter & me tali honore dignatus eſt. Nunc autem hæc Inſcriptio proſtat Romæ eruditioni publicæ, in Sacrario Baſilicæ* ad Fontem Olei; *prodibitq; in Gallia (niſi fortè jam prodiit) operâ PP. qui Diarium Trevoltianum curant. Tranſmiſi enim ipſe ad illos laminam æream, accuratè repræſentantem characteres hujus inſcriptionis, ratus deberi Orbi univerſo monumẽtum hujuſmodi*

prodeſse poſſint, & delectare, digna mihi omnino viſa eſt, quæ in conſpectum veſtrum, atq; etiam in amplexum veniret. Noſtis enim, Adoleſcentes Nobiliſſimi, flores ingenii atq; eruditionis legere, non ſolùm in excultis Muſarum viridariis, ubi inter delicias ſuâ quodammodo ſponte progerminant; verùm etiam in ſterili ſolo, atq; exſucco, ætatum ſequiorum, ubi, Naturæ ſolius præſidio, inter ſpinas ac nudos lapides, germina aliquando præclariſſima nata ſunt. Hanc ego Inſcriptionem animadverſionibus quibuſdam conveſtitam prodire volui: non quò crediderim pretium augeri per eas poſse rei ſatis ſe ſolâ pretioſæ; verùm quia illas aut neceſsarias, aut ſaltem non inutiles arbitratus ſum Adoleſcentibus iis, qui minùs eſsent in hac antiquorum Lapidum interpretandorum palæſtra exercitati. Neque ſanè deſpero fore, ut ſic tanti a Vobis fiat, quanti faciendum eſt monumentum, cui non ità multa ex tota Antiquitate præferri poſſint. Novi enim jam vos bimeſtri experientiâ catos Juvenes, & bene gnaros, quantùm antiquis epigrammatis Hiſtoria adjuvetur, ac Philologia, ad res obſcuriſsimas antiquorum ſæculorum in bono lumine collocandas.

Emerſit epitaphium hoc in lucem, ante tres annos, Romæ; e maximis vaſtiſsimiſque labyrinthis hypogæis Cœmeterii Chriſtiani, ſecùs viam Salariam, primo ab Urbe lapide; qui anno MDCCXXII. detecti, creduntur (neque injuriâ) ad Cœmeterium pertinere, quod a SS. Thraſone, & Saturnino Martyribus appellant Tabulæ Eccleſiaſticæ; quique Antonio Boſio, diligentiſsimo Romanorum Cœmeteriorum inſpectori, aliqua ex parte innotuere. Protenduntur anfractibus longiſsimis foveæ iſtæ quaquaverſum; ut non immeritò credi poſſint conterminæ, atque etiam conjunctæ celeberrimo Cœmeterio Priſcillæ, quod in eadem via Salaria eſt, duobus paſsuum millibus ab Urbe. In una autem e ſubterraneis hiſce viis, (1) egeſta a Foſsoribus humo, quæ illas plerumque occupat, (2) inventus fuit Decembri menſe anni MDCCXXX. loculus (3) diſerta in-

(1) *Semita hæc erat in medio Viarum Cœmeterialium ordine. Sunt enim in maximo hoc Cœmeterio tres omnino Cuniculorum ordines, quorum unus alteri ſubjacet.*

(2) *Humum hanc congeſtam fuiſſe in Cœmeteriis, ne pervia perſecutori Diocletiano eſsent, opinatur Clariſs. Senator Buonarroti, in Obſervationibus ad Vitreas Imagines antiquas,* Præf. pag. XII. *Alias conjecturas congerit Boldettus, in Obſervation. ad Cœmeteria Martyrum* Lib. 1. cap. 2.

(3) *Loculum appello excavatam in Cœmeterii parietibus feneſtram parvam, ad unum alterumve cadaver excipiendum; quod dein loculamentum tabulæ aliquæ, ſeu marmoreæ, ſeu fictiles, ferreis retinaculis annexæ, & gypſo aut cæmento obſtructæ claudebant, ne cadaverum in corruptionē abeuntium odor ullus e rimis penetraret in Cœmeteriales vias. Conditoria hæc exigua* Locos *appellare antonomaſticè ſolebant antiqui. Hinc frequens in Cœmeterialibus ſaxis* Loci *nomen. Lapis diffractus in pavimento Clauſtri, adhærentis Baſilicæ Sancti Laurentii* extra muros, *ut vulgò dicunt, ſeu in agro Verano.*



inſcriptione notatus, (1) & grandi vitreo Calice, pedalis magnitudinis, qui ſanguine ſubſidente tinctus, Martyris alicujus exuvias ibi poſitas indicabat. Fecunda ſunt hujuſmodi theſaurorum Romana Cœmeteria; ità ut vix annus elabatur, quo inter aliquot ſepulcrorum millia,

Lapis alius, quem legi in Cœmeterio Sancti Hermetis.

FELICIOFECITFI
BILOCVMETMA
XIMINAEVIRGINIAE
FVAECASTISSIMAE
FIDELISSIM

In Muſeo Collegii Romani, quod, a Patre Athanaſio Kirchero inſtitutore, Kircherianum *vulgò dicitur, titulus Cœmeterialis eſt, qui, ad cippi modum, ſemicirculo clauditur in parte ſuperiore. Ibi etiã* Locus *appellatur hoc ſepulti* requietorium, *ut Voce utar e Lapidibus aliis Chriſtianorum deſumpta.*

LOCVS VIC
TORI·.·.·.HIC PO
REIECTICIA IN
PACE Ð VI KAMAR

Frequens etiam eſt Loci *nomen in Lapidibus Ethnicorum ad ſepulcrum ſignificandum. Vide hoc in Lapide inedito Muſæi ejuſdem, in quo etiã Servum Publicum Collegii Sacerdotum (facilè Augurum, aut Epulonum) nomine non ità obvio,* Publicvm Sacerdotialem *dictum leges.*

LALI . PVBLICI
SACERDOTIALIS
CINERIBVS . LOCVS
AVONIA . APHRODISIA
CONIVGI . BENE
MERENTI . FECIT

Addamus & antiquiſſimum Titulum ethnicum, qui nobis Lepidam commemorat M. Silani conjugem, & Servos ejus duos; Surum (pro Syro) ac Seleucum. Neque enim reprehendent, puto, Lectores æqui hanc exemplorum congeriem, qua anecdotæ aliquæ inſcriptiones non importunè educuntur in lucem, & ſignificatio fulcitur nominis Locus, *quam neglexiſſe videntur Lexicographi quidam, quantumvis diligentiſſimi. Lapidem, cupreſſi imagine potiùs, quàm palmæ ramulo ornatum, excripſi Romæ apud Antiquarium celebrem Franciſcum Ficoroni.*



SVRI . LEPIDAE . M. SILANI
LOCVM . ET . OLLAS . DVAS . ACCEP
AB . SELEVCO LEPIDAE . M. SIIANI
ſic

(1) *Magna ſepulcrorum pars in antiquis Romæ Cœmeteriis nulla inſcriptione notatur. Etiam Martyres ità ſepultos nõ raro invenimus, vel ignoratione nominis, vel famæ neglectu. Id obſervavit etiam Prudentius in Hymno de S. Hippolyto.*

Quanta virum jaceant congeſtis corpora acervis
Noſse licet, quorum nomina nulla legis.
Sexaginta illic defoſſas mole ſub una
Reliquias memini me didicisse hominum;
Quorum ſolus habet comperta vocabula Chriſtus.


quæ, liberatis humo cuniculis cœmeteriorum, deteguntur, non loculi plures paucioreſque inveniantur, Martyrum reliquiis inſignes. Ditiſſimum autem præ reliquis eſt hoc Cœmeterium Sancti Thraſonis, in quo intra decem, vel undecim menſium ſpatium, ad duo ſepulcrorum millia inventa fuere, cruentis Vaſculis appoſitis notata: (1) ut planè conſtet tempore crudeliſſimarum perſecutionum Valeriani, & Diocletiani (2) huc congeſtas fuiſse reliquias fortiſſimorum Militum, qui pro Chriſto ſtrenuè pugnaverant. Et ſanè hæc, atq; his proxima tempora, indicant Inſcriptiones inibi repertæ.

Inſcriptio autem ea, de qua ſermonem præcipuè inſtitueram, candido marmori commendata, tres ferme pedes occupat in longum, altitudinem verò pedum duorum vix æquat. Diffracta eſt modò tabula, cui epitaphium ſcriptum fuit: nam poſt liberatam humo, qua opplebatur, Cœmeterialem viam, inſperatò decidit e loculo, cui adhærebat. Sed hac fractura nihil ablatum eſt ex ea areæ parte, quæ ſcripta erat. Facilis igitur jactura fuit lapidis reliqui, quem ad ſex ſeptemque pedes extenſum fuiſſe oportuit. Claudebat enim in loculo Sceleton benè longum, atque ultra ſex pedes protenſum, uti referebant optimi, atque oculatiſſimi teſtes, VV. CC. D. Marcus Antonius Boldetti, ad Sanctæ Mariæ trans Tyberim Canonicus, qui ſacris Martyrum Cœmeteriis præeſt, & D. Canonicus Joannes Marangoni, Vicentinus, Protonotarius Apoſtolicus; qui mox laudatum Dominum Boldettum, magnâ rerum hujuſmodi experientiâ, diligentiâ, ac fide præditus, in arduo munere adjuvat. En autem Inſcriptionem ipſam, quàm potui accuratiſſimè ex


La-

(1) *Ridebunt hæc homines, quibus Henrici Dodwelli opinationes* de Paucitate Martyrum *pro oraculis ſunt. Sed profectò, quicumque malit cum antiquis Patribus ſapere, quàm cum Dodwello deſipere, facilè ſibi perſuadebit vera a me narrari circa numerum Coronatorum, quos,* ſicut Oves occiſionis *æſtimatos, gregatim occidit perſequentium furor*, Cùm coleret patrios Troïa Roma Deos.

(2) *A Sanctis Thraſone, & Saturnino, qui ſub Maximiano paſſi ſunt, denominatum fuiſse Cœmeterium longè illis antiquius, mirum ne videatur. Etiam de celeberrimo Calliſti Cœmeterio poteſt hæc dubitatio moveri. Dictum itaque ab illis fuerit, vel quòd eorum ſumptibus ampliatum ſit, vel quòd una pars Cœmeterii, in qua ipſi depoſiti fuerunt, ab iis nominata, nomen deinde Cœmeterio toti dederit. Quid ſi Cœmeterium dicatur eſse in prædiis Sancti Thraſonis? Superſunt ibi ſanè Arenaria vaſtiſsima, ex quibus credi poteſt effoſsam Arenam ad conſtruendas Diocletiani Thermas, non valde diſtantes. Ad hæc autem opera damnati fuerant ab Imperatoribus Chriſtiani, quos Thraſo (ut eſt in Martyrologio Romano ad* XI. *Decembris) facultatibus ſuis ſuſtentabat. Credi poterit aliud indicium effoſsi per Chriſtianos hujus Arenarii, ſeparatio ejus a viis Cœmeterii contigui; quæ non potuit adeò diligenter, niſi ab Operis locorum conſciis curari. Neq; verò me movent, quæ opponunt recentiores Critici, qui pro Fabula habent quæcumq; narrantur de damnatis ad opus Chriſtianis in Diocletiani Thermis. Mihi eorum dicta tanti non ſunt, ut diſcedendum putem ab adeò antiqua apud Romanos traditione. Videantur, quæ de Chriſtianis Martyribus ad conſtruendas Thermas damnatis habet in* Actis Sanctorum *P. Joannes Baptiſta Sollerius ad diem* IX. *Julii,* Tom. ſecundo pag. 687.



Cœmeterio SS: Thrasonis, et
XXX· Mense Dec·



Lapis Christianus, characteribus minio scriptis, inventus Viâ Salariâ, in Cœmeterio SS. Thrasonis et Saturnini, ad Loculum cruento Vase signatum Anno MDCCXXX Mense Dec.

Asservatur Romæ in Sacrario Sanctæ Mariæ Trans Tiberim.

Lapide deſcriptam, atque æri inciſam, quò meliùs characteres ipſi rudiuſculè deformati referantur.

Hic ponenda eſt Tabula I, S. SEVERÆ *Inſcriptionem referens.*

Ea latino idiomate, ſed maximè plebejo concepta, characteribus græcis, iiſque non ſatis accuratè pictis, plùs verò quàm ſatis malè interpunctis conſcribitur; quos quidem characteres ipſe ſic legendos eſſe autumarem.

COSVLE . CLVDIO
Conſule Claudio
ED . PATERNO . NONIS
& Paterno Nonis
NOVEMBRIBVS . DIE . VENERES . LVNA XXIIII
Novembribus die Veneris, Lunâ vigeſimâ quartâ.
LEVCES . FELIE . SEVERE . CARESSEME . POSVETE
Leuce Filiæ Severæ Cariſsimæ Poſuit
ED . ISPIRITO . SANCTO TVO
Et Spiritui Sancto tuo
M *** TVA ANNVOROM . Ϛ L
Mortua(forte)*Martura Annorum Triginta duorum*(vel)*Triginta ſex &c.*
ED . MESORON . XI . DEVRON . X.
Et Menſium undecim, Dierum Decem.

Et eam quidem inſcriptionem ità legi oportere facilè ſibi perſuadebunt viri ſubacto ingenio, & notis hiſce antiquorum epigrammatum explicandis aſſueto. Confirmare tamen, atque illuſtrare placet, ut præmonui, ſenſum inſcriptionis obſervationibus aliquibus; quæ licèt viris doctis ſupervacaneæ cenſeri poſſint, tamen minùs eruditis inutiles omnino non ſunt: præſertim quia aliquid ſemper novitatis habebunt; vel ab argumento ipſo; vel ſaltem ab iis monumentis, quibus utar ad ſtabiliendas Regulas, quas circa antiquas Epigraphas viri Doctiſſimi tradidere. Neque enim afferam in teſtimonium eorum, quæ dicuntur, niſi Inſcriptiones, antiquas illas quidem, ſed aut recèns inventas, aut nondum obſervatas ab aliis, (quod ego quidem ſciam) aut ſaltem non bene editas. (1)

Aggrediar itaque primùm ad aliqua animadvertenda ex hujus Inſcriptionis occaſione, quæ Hiſtoriam, & Chronologiam non modicè illuſtrant. Tum aliqua congeram, pro re nata, quæ ad Philologiam, atque humaniorem eruditionem faciunt: non tamen ea longè petita: neque enim mihi ab iis diſcedendum, quibus Inſcriptio hæc fontem quodammodo aperit. Demum, quædam conſiderabo in allato Epitaphio, quæ Grammaticis potiùs eſſent diſcutienda, quàm Criticis; niſi quæcunq; utilia ad eruditionem aliquam ſunt ſibi ars Critica vindicaret.

[1] *Veniam tamen dabunt æqui Lectores, ubi fortè & in hoc humani aliquid patiar. Video enim, quà facilè ſit ſubrepere mihi editam aliquam Inſcriptionem, quam quia e lapidibus deſcripſi, non ex libris, ineditam putans, integram afferam. Id tamen ſanctè profiteor non dolo malo a me fieri; ſed vel oblivione, vel ignorantiâ; a quibus quidem, quantumvis cupiam, cavere tamen ſatis non poſſum.*

§. II.

ALIQUA DE CLAUDIO GOTTHICO, DEQUE VEXATA, EO REGNANTE, ECCLESIA.

Conſule igitur ΚΑΥΔΕΙΩ, ſeu rectiùs ΚΛΑΥΔΙΩι, ideſt M. Aurelio Claudio Imperatore, cui Conſulatus hic in Faſtis adſcribitur pro ſecundo; (primum namque Conſulatum fortaſſe Conſul ſuffectus geſſit anno eodem, quo capeſſivit Imperium, ut placet P. Pagio) Tabula Severæ eſt poſita. Quæ de hoc Imperatore dici poſſent, excuſſa jam ferme omnia ſunt, ac pervulgata. Ab eo ſumptum Imperium IX. Kalendas Apriles, Paterno ſecundùm, & Mariniano Cos. [1] tradidit Trebellius Pollio. Imperavit autem annos duos, ac menſes ſupra ſeptem; [2] viditque tres æſtates; quemadmodum, Oraculo ſibi ad Aquas Aponas [3] reddito, futurum didicerat. Quamvis enim aliqui non adeò diligentes Chronologi illum biennio tantùm regnaſſe tradant; contrarium tamen evincitur, & a notato tam disertè per Pollionem Imperii principio, & ex Codice Juſtinianæo; in quo (ut bene obſervat P. Pagius [4]) reperitur lex a Claudio data VIII. Kal. Novembres, Antiochiano, & Orfito Cos. Non autem attigit annum quartum; licèt nummus Ægyptiacus per Bandurium relatus [5] habeat anni quarti notam LΔ, quæ vel Monetarii oſcitantiâ, vel prochroniſmo fallaci ibi cuſa eſt. [6]

Claudium hunc, qui a debellatis Gotthis Gotthicus vulgò dicitur, Marci Aurelii nomine diſtinguunt lapides, (7) & numi latini, græci, ægyptii. Nullum tamen numum, lapidem nullum vidi, quantumvis diligenti, accuratoque ſtudio perveſtigaverim, in quo Flavii nomine ſit dictus. Laudat quidem Onuphrius Panvinius antiquos (ut ipſe vocat) numos, in quibus *paſſim* Fl. Claudius ſcriptum ſit. Verùm numos hos, Onuphrii temporibus adeò frequentes, Orcum veniſſe atq; abſtuliſſe oportet, cum neque Bandurio, neque Vaillantio, neque Mediobarbo, neq; doctiſſimis aliis viris, quos quidem bene multos conſului, ullo pacto innotuerint. Aſſentirer

[1] *Anno æræ Vulgaris* CCLXVIII.

[2] *Marmor Saguntinum apud Gruter.* CCLXXVI. 2. *habet Tribunitiã poteſtatem tertiam Claudii.*

[3] In Aponino. *Ità enim legendũ arbitrantur majorum Gentium Critici apud Trebellium, cùm in vulgatis, amanuenſium, ac Typothetarum incuria poſuerit* in Apēnino.

[4] *Critic. in Ann. Baronii ad Annum Chriſti* CCLXXI.

[5] *Pag.* 353. *inter Numiſmata Ægyptiaca ærea tertii moduli.*

[6] *Niſi fortè ſit* A *non* Δ, *quod ſuſpicatur V. Cl.* in Præfat. ad Tom. I. *ubi ſic.* Ejus nummi in quo LΔ legimus, ut ratio habeatur, ne nos quidem optamus; quod inter A & Δ nimiùm quantùm facile eſt oculorum judicio decipi.

(7) *Marmor Romanum a Sponio relatum*, Sect. VIII. Miſcellaneor. eruditæ Antiq. pag. 274. *videtur Claudio tribuere prænomen Publii. Ità enim habet:* PRO. SAL. D. N. P. CLAUDI. AUG. FLORENTISSIMI PRINC. &c. *Neu credas* P. *ibi poſitum pro* F, *inſcriptio eadem inter Donianas (editas a Cl. Gorio Claſs.* III. 59.) *habet* D.N.P. CLAUDI, *quemadmodum erat in Schedis Bibliothecæ Vaticanæ.*

Numus antiquus relatus a P. Grainville in Diariis Trevoltianis ad Martium anni 1710 CAIVM *nominare videtur.* IMP. C. CLAUDIUS AUG. *Verùm ibi τὸ* C. *pro* CÆSAR *poſitum potiùs putandum.*

rer itaq; Caſaubono (1) neganti Flavium dictum fuiſſe Imperatorem hunc, potiùs quàm Salmaſio,(2)ſtanti pro Trebellio Pollione; qui Conſtantii Chlori Imperatoris gratiam capturus, Claudium, quem inter ejus majores numerat, ad Flaviam Gentem pertinuiſſe ſcripſit; atque expreſsè *Flavium Claudium* nuncupavit. Verùm difficile creditu eſt, aut potuiſſe impunè mentiri Pollionem, aut putidè adeò & inverecundè adulari voluiſſe. Præterquam quòd nemo cordatus ſibi perſuaſerit, ignoratum fuiſſe a Conſtantio genus Matris ſuæ, quæ (Trebellio teſte) neptis fuit Criſpi illius, qui Claudii Frater erat. Et hæc quidem conjectura validior videtur argumento, ut dicimus, negativo, quod ex aliorum ſilentio ducitur. Cæterum, ſi a Trebellio recedamus, non video quibus monumentis doceri poſſimus fuiſſe Claudium e gente Flavia. Scio nomen Flavii Claudio attribui ab Inſcriptione, quam Panvinius refert in Faſtis Romanis; quæque mox inter Gruterianas recepta eſt. Sed quia eruditiſſimo cæteroqui, ac doctiſſimo viro, multa ſubleſtæ fidei monumenta ſæculo illo minùs critico præbita per nonnullos impoſturarum mangones, eum aliquando in fraudem induxere; neque prætereа locus indicatur, unde inſcriptio accepta, & exſcripta fuerit; nulli fiet injuria, ſi ampliandum cenſeam judicium circa ejus γνησιότητα; donec argumenta certiora doceant, liquere eam antiquam eſſe, ac ſinceram, quod Salmaſius credidit; non autem ſuppoſitam, aut interpolatam, de quo dubitari poſſe videtur.

Sed, ut ad Claudium revertamur. Eum fortis quidem animi virum, ſed non idcirco crudelis ingenii Principem; quin & ab Chriſtianorum cæde alienum fuiſſe credit laudatus P. Pagius, cumque eo alii; qui proinde rejiciunt Cardinalis Baronii opinionem, a quo crudelis Princeps fuiſſe traditur, & malè erga Chriſtianos affectus; prohibitus tantùm bello Gotthico, ne atrociùs contra illos deſæviret. Obſtant Pagii opinioni Acta Martyrum Perſarum, Marii, Marthæ, Audifacis, & Abachum; qui ſimul cum aliis multis, Claudio imperante, ac ſententiam ferente, paſſi narrantur. Verùm, cùm non ità facile ſit tueri ſinceritatem hujus Hiſtoriæ, (3) quam Pagius, & alii Critici laudatores Claudii rejiciunt, tanquam ſæculis ſequioribus ſcriptam ab homine in chronologicis imperito; cùmque longè minùs certa, ac ſincera ſint quæ erui poſſent ex Actis S. Priſcæ Virginis, & Martyris, aliiſq; hujuſmodi; (4) vulgò a recentioribus ab hac nota Claudius abſolvitur; negaturque, eo regnante, vexata fuiſſe Eccleſia.

Cæterum quiquid ſit de Actis illis, quorum mihi modò non eſt ſuſcipienda defenſio, putaverim temere negari, aliquos ſub Claudio Martyras fuiſſe; licèt fortaſſe a vero non aberret, qui putet, in eos qui Claudio imperante cæſi ſunt, animadverſum, non jubente ipſo; ſed genio plebis, ac magiſtratuum, perſecutionem a Valeriano cæptam, a Gallieno verò ſopitam ſuſcitantium. Sæviebant enim non raró in homines innocentiſſimos Judices veſani; non Chriſtianæ religionis prætexto titulo, quo

uno

(1) (2) *Notis in Scriptores Hiſt. Auguſtæ.*

(3) *Non admiſit illam inter Acta ſincera Martyrum P. Ruinartius.*

(4) *E.G. ex Actis S. Laurentii, quibus ſubjungitur hiſtoria de paſſa, imperante Claudio, Tryphoniâ, quondam Decii Cæſaris concubinâ, ejuſque filia Cyrillâ, ac militibus quadraginta ſex. Dicitur etiã aliquibus paſſus ſub Claudio S. Cyprianus, ex Mago Diaconus. Falſũ, & vero non ſimile. Videatur Card. Baronius in Notis Martyrol. ad diem* VI. *Kal. Octob. Videatur, & Bollandi continuator, ubi de S. Eutychio ad diem* XV. *Maji, Tomo* III. *ejus menſis.*

nuo tamen movebantur, ſed criminum per calumniam impactorum obtentu. Imputabantur illis Coitiones vetitæ, Violentia, Sacrilegia, Veneficia, Incendia, neque apud iniquiſſimos Judices, ac damnare volentes, ullus erat defenſioni locus. Id quod Eccleſiaſticis Tabulis probarem, niſi res eſſet maximè trita. Quod autem attinet ad Claudii Gotthici tempora, vexatam, Eo imperante, fuiſſe Eccleſiam nos docet, ubi etiam alia deſint, loculus SEVERÆ, de cujus hic inſcriptione diſſerimus. Hæc namque, ſecundo Claudii Imperatoris anno, martyrium fecit pro Chriſtiana fide. Cujus quidem martyrii indicium habemus, non in aliquibus dubiis, incertiſque memoriis, aut conjecturis; ſed in calice vitreo ad ejus ſepulcrum appoſito, quem cruſta rubeſcente obductum, etiam nunc, & ſubſidente cruento megmate; decorè ſordidum invenere viri integerrimi quos ſuprà laudavi. Neq; exiguus ille erat, & inornatus, ut ſolent ſæpe eſſe eæ phialæ, quæ Martyrum ſepulcris adhærent. Illuſtrabatur enim picturis cinnabari expreſſis, quibus tamen vetuſtas operis, & loci humiditas, ne aſſervarentur, invidit: Ejus præterea magnitudinis erat, ut quatuor, & ultrà, ſanguinis libras continuiſſe dicendus ſit.

De veritate hujus indicii, quo ferme præcipuo, ignotorum cæteroqui Martyrum ſepulcra diſtinguuntur in Romanis Cœmeteriis, aliqua infrà diſputabo §. VI. Hic autem videor mihi non injuriâ poſtulare poſſe ab æquis Lectoribus, ut ne vaſculorum hujuſmodi ſanguineorum indicium velint hoc loco in controverſiam vocare. Concedant paululum, id quod & ratio, & ſenſus, & auctoritas mox a me afferenda clamant; nimirum per ea ſignificari martyrium eorum, qui depoſiti jacent in loculis, eo ſigno diſtinctis. Jam enim Martyrium hujus Severæ, quam, ex annotato menſe, ac die depoſitionis, liquet paſſam fuiſſe, Claudio procul ab Italia (1) in Gotthis debellandis occupato, ſicut extra conjecturam ponit aliquas, eo regnante, fuiſſe turbas Ethnicorum contra Eccleſiam, ità non officit opinioni eorum, qui (donec certiora proferantur monumenta) Claudium Gotthicum non a bellica fortitudine ſolùm, ſed & a diſſimulatione erga Chriſtianos laudatum volunt.

§. III.

QUIS PATERNUS COLLEGA CLAUDII? PATERNI ALII CELEBRES.

COllegam deinde M. Aurelii Claudii Auguſti in ſecundo ejus Conſulatu nominat Inſcriptio per eas voces ΕΛ ΠΑΤΕΡΝω, quas legendas diximus ET. PATERNO; in qua amborum Conſulum enunciatione, (ut ex Relando diſcimus (2)) omnes omnino Faſti, & Chronologi, tum Latini, tum Græci conveniunt. Quis autem fuerit hic Paternus, ſi noſſe me dixero, mentiar. Ad Gentem Oviniam pertinuiſſe eum credunt vulgò Chronologi, a quibus Ovinii Paterni nomine compellatur: Sed Illuſtriſſimus Blanchinus (3), e lapide inedito Muſæi Albani, eum ad Gentem Noniam ſpectaſſe, & NONIUM cognominatum fuiſſe contendit. Hunc ego

(1) *Pugnavit circa ea tempora cum Barbaris Claudius in Mœſia, & ad Marcianopolim. Cl. Bandurius putat anno* CCLXIX. *pugnatū a Claudio fuiſse adverſus Suevos, & Sarmatas potiùs, quàm contra Gotthos*. In Vita Claud. præfixa ejus numiſmatis.

(2) *Faſti Conſulares ad annum Chriſti* CCLXIX.

(3) *In Chronologia præfixa Tom.* II. *Anaſtaſii Editionis Vaticanæ.*

ego lapidem diu multùmq; quæſivi in Muſæo illo, facta mihi poteſtate ab Eminentiſſimo, ac Reverendiſſimo Cardinali Alexandro Albano eum conſulendi, atq; exſcribendi, ſicubi inveniſſem: Sed in tanta aggeſtarum inibi Inſcriptionum copia eum reperire non licuit. Aliud tamen ibi ego præclariſſimum monumentum legi, quod infrà referam § VI., in quo Nonius quidam Paternus laudatur, Conſul ſecundùm eo anno, quo Probus Auguſtus tertiùm Conſul fuit. Sed ille alius eſt a Paterno Collega Claudii, de cujus proinde Gente mihi planè non liquet. Sed par eſt, Blanchino lapidem appellanti, quem viderat credamus, potiùs quàm reliquis, qui Faſtos ſecuti ſunt, perſæpe a grammaticis imperitis corruptos. Fuerit itaque Paternus Claudii Collega e gente Nonia.

Aliquot per eam ætatem Paternos celebres monumenta antiqua nobis indicant; de quibus, eorumque ſtemmate, ut aliqua attulerit Reineſius, *in adnotatis ad Inſcriptionem XVI Claſſis primæ*; longè tamen plura inveſtiganda ſupereſſent, ſi in tanta ſæculorum diſtantia, & caligine ſpes ulla affulgeret familiæ nobiliſſimæ ab oblivione vindicandæ.

Paternus quidam Urbi Præfectus ſub Imperatore Commodo refertur a Lampridio: eum exiſtimat Reineſius (1) eſſe Tarrutenum Paternum illum, qui etiam PF Prætorio fuit, & *cujus fragmenta quædam de re militari in pandectas relata ſunt*; *quem diligentiſſimum Juris militaris adſertorem appellat Vegetius*. Hominem itaque hunc fuiſſe oporteret admodum celebrem, qui duplici Præfectura, Urbana, ac Prætoriana inſignitus fuerit. Antiquior illo eſt alius Paternus, quo M. Aurelius Imperator Legato uſus eſt adverſus Barbaros, anno æræ Chriſtianæ CLXXIX; quemadmodum ex Dionis lib. LXXI obſervat P. Antonius Pagi, ad eum annum. Paternum alium, quem aliqui Conſularium Faſtorum collectores Ovinium nominant, Faſcibus inſignem exhibet nobis annus æræ Chriſtianæ CCXXXIII, (2) collega Maximo. Meminit horum Conſulum antiquus tubus plumbeus in Muſæo Kircheriano, ubi characteribus extantibus ità ſcriptum eſt: Maximo, et Paterno Cos.

Aspasius Paternus Procos. Africæ, Valeriano IV. & Gallieno III. Cos (3) (ante duodecim nimirum annos, quàm Inſcriptio Seberæ poneretur) memoratur in Actis ſinceris S. Cypriani Epiſcopi Carthaginienſis, & Martyris, qui ab eo Proconſule miſſus eſt in exilium Curubin.

Aspasium Paternum (alium-ne an eumdem?, Vicarium Symphronii Præfecti Urbis, exhibet nobis Pſeudo-Ambroſius in Actis Sanctæ Agnæ; quæ Acta P. Joannes Bollandus tanquam ſincera retulit, (4) credens ibi de eodem Paterno ſermonem eſſe poſſe, qui Sanctum Cyprianum exilio multaverat, aut ſaltem de aliquo ejus propinquo, & ſynchrono. Neque obſtat vulgaris perſuaſio de Martyrio Sanctæ Agnetis ſub Diocletiano. Diu enim ante Diocletianum paſſa eſt Sancta Martyr; ut fusè oſtendit Senator Bonarrotus in Præfatione ad Vitra Antiqua. Acta illa narrant, hæc accidiſſe, Principibus Valeriano, & Gallieno; ac proinde circa ea tempora, de quibus agitur. Faveret itaq; Bollandi opinatis character temporum: Sed quia eam hiſtoriam rejiciunt, tanquam ſuppoſititiam, aut ſaltem tanquam interpolatam, recentiores critici; nihil inde certi poteſt exculpi. Si quid tamen Actis iis credendum, ſanguinolenti genii hominem fuiſſe hunc Paternum neceſſe eſt: Is enim fuiſſe dicitur,

[1] *Reines Syntagm. Cl.* I. 16.
[2] *Secundùm Card. Baronium Cos. proceſſit* Paternus *anno* CCXXXV.
[3] *Anno vulgari* CCLVII.
[4] *Ad diem* XXI. *Januarii.*

citur, qui innocentiſſimam Virginem in ignem præcipitari juſſit, ejuſq; guttur gladio transfigi. Jam verò, tribus continentibus annis; nimirum Coſ. Gallieno VI, & Saturnino, anno vulgari CCLXIV; mox Cos. Valeriano (juniore) II, & Lucillo, anno CCLXV; demum Cos. Gallieno VII. & Sabinillo, anno CCLXVI; Præfectus Urbi fuiſſe legitur PATERNUS quidam in eo catalogo aureo de Præfectis Urbis, quem Cuſpinianus, ac Panvinius publicum fecere; ac omnium exactiſſimè P. Bucherius e veteribus membranis edidit. (1) Sed in qua verſamur circa hanc ætatem caligine, ignoramus unus-ne atq; idem fuerit hic PATERNUS, ac ſupradicti, an potiùs alius ab illis. Rurſum, unus-ne PATERNUS triennio eum Magiſtratum geſſerit; an verò alternaverint in ea Præfectura alii ejuſdem cognominis; unde ſit in antiquis Catalogis orta confuſio. Si idem atq; unus fuit, triennio toto, Urbi Præfectus Paternus, credibile eſt eum, utpote Imperatoribus charum, vel non ità crudelem in Chriſtianos fuiſſe, vel ſaltem crudelitatem ſuam diſſimulaſſe; quandoquidem leges acerbiſſimas a Valeriano latas contra Eccleſiam, poſt ejus Imperatoris ignominioſam, infeliciſſimamque captivitatem, Gallienus mitigaverat. Quin autem, eo Præfecturam gerente, Martyres aliqui paſſi ſint, non negaverim; cùm etiam tempore pacis aliqui ab Ethnicis Chriſtiani ſublati legantur e medio, uti ſuprà innuebam, vel furore plebis veſanæ, vel Magiſtratuum aliquorum genio, juſtitiæ nomine contra Eccleſiam graſſantium.

Triennium, quod ſequitur ad Gallieni VII, & Sabinilli Conſulatum, tribus per PATERNUM Conſulatibus geſtis, inſigne dant nobis Faſti, & laudatus Catalogus Præfectorum Urbis. (2) Hic etiam tamen caligamus, ignoramuſque, an PATERNUS hic idem ſit, atq; is, vel aliquis eorum, qui Præfecturam Urbis geſſerunt: Præterea, idem-ne ſit PATERNUS Coſ. toto triennio, an multiplex. Unum fuiſſe, toto iſto triennio, Conſulem videtur erui poſſe ex eo, quòd Chronologi, uno ferme ore, OVINIUM PATERNUM tribus hiſce annis Conſulem nominent: Quod liber de Præfectis Urbis, atq; antiquus lapis apud Boldettum, (3) Conſulatum Paterni cum Mariniano fuiſſe ſecundum expreſſè ſignent; quodque Chronicon Alexandrinum, Conſulatum Paterni cum Claudio, tertii Conſulatûs notâ diſtinguat (4); ut apud Relandum (5) videri poteſt. Contrà verò P. Pagius contendit non potuiſſe hoc ſæculo, niſi ſolos Auguſtos dignitatem Conſularem ordinariam annis pluribus conſequentibus gerere: (6) Quare, cùm ſecundum Conſulatum Paterni legit in libro de Præfectis Urbis, ait, oportere dici primum Conſulatum hujus Paterni fuiſſe ſuffectum; eumque Paternum alium eſſe ab eo Paterno, qui Conſul fuerat anno proximè præcedenti cum Harceſilao; alium pariter ab eo, qui anno proximè ſubſequenti Conſul fuit cum Claudio. Sed, quid ad notam tertii Conſulatûs dicetur, quam habet Chronicon Alexandrinum?

---

[1] *In Victorii Aquitani Canon. Paſch. Cap.* IX.

[2] „*Paterno, & Harceſilao*---267.
„ *Petronius Voluſianus P. V.*
„ *Paterno II. & Mariniano*--268.
„ *Petronius Voluſianus P. V.*
„ *Claudio, & Paterno*------269.
„ *Flavius Antiochianus P. V.*

[3] *Oſſervaz. ſu' Cimit. de' Martiri Lib. primo cap.* XIX. *pag.* 80.

[4] Κλαυδίȣ ϗ Πατέρνȣ τὸ γ'

[5] *In Faſtis Conſularibus ad ann. Chriſti* CCLXIX.


[6] *Cum Pagio ſentit Relandus, qui de Paterno, ſecundùm Conſule, ait:* Non eſt Paternus idem, qui anno antecedenti Cos fuit: nam ſolis Auguſtis concedebatur, ut duobus ſequentibus annis Conſules crearentur. *Similia Tillemontius, & alii.*

num? Elevabitur, credo, libri illius auctoritas; aut ſaltem ille character numerabitur inter Collectoris oſcitationes, vel inter Librarii imperita Gloſſemata. Qui nodum hunc aliter ſolverit, erit mihi profectò magnus Apollo. Quicumque verò tandem fuerit PATERNUS hic, qui Conſulatum geſſit cum Claudio, credi poteſt, eum non fuiſſe admodum Chriſtianis propitium, quandoquidem, Claudio in expeditione Gotthica occupato, ipſe Romæ ſedens vel Chriſtianos vexavit, vel a Magiſtratibus aliis vexari permiſit. Ipſo namque Conſule, motum contra Chriſti Eccleſiam fuiſſe oſtendit loculus SEVERÆ Martyris ſub eo paſſæ, ac præterea tam multa Martyrum ſepulcra, proxima loculo SEVERÆ; (1) quæ credi poſſunt eodem tempore fuiſſe ſacris illis exuviis locupletata.

Alii præterea ſuperſunt PATERNI celebres ſæculo tertio. Atq; is quidem, quem in aliquibus Faſtis OVINIUM nominatum legimus, qui Probi Auguſti Collega fuit in tertio ejus Imperatoris Conſulatu, anno CCLXXIX; ad NONIOS pertinuit, non ad OVINIOS, & bis Conſul per hæc tempora fuit; quemadmodum ait lapis ineditus Muſæi Albani, ſupra indicatus, infra afferendus. Ut numerare hæc oporteat inter ea non contemnenda, quæ inſcriptio illa nos docuit, facem præferens in rebus, de quibus, & hiſtoriæ, & monumenta ejus ſæculi profundùm ſilebant.

Non ſilet tamen hîc ſepè laudatus Catalogus Prefectorum Urbis, OVINIUM quendam PATERNUM, qui, Probo IV., & Tiberiano Cos, [2] Urbis Præfecturam tenuit. De hoc pariter PATERNO quæri poſſet, utrùm diverſus aliquis ſit a ſupradictis, an potiùs ex illis unus. Eam tamen ego controverſiam obſcuram nimis, nec ita ad Inſcriptionis Severianę ſenſum opportunam, felicioribus atque eruditioribus ingeniis diſcutiendam relinquam. Tantùm, ut ab iis me PATERNIS expediam, qui ætati SEVERÆ Martyris proximi fuère; VALERIUM VICTOREM PATERNUM, virum ſæculo tertio clarum, commemoratum invêni Romę in fragmento antiqui lapidis, qui eſt in pavimento Eccleſię Parochialis Sancti Salvatoris ad Pontem Senatorium. [3] Fugit hęc inſcri-

[1] *Unum ex his, notatum Vaſe ſanguineo, altitudinis palmaris, ità ſcriptum habebat epitaphium.*



Scilicet Ἡρακλεία Ῥώμη εἰς ἀνάπαυσιν σοῦ ἡ ψυχή. Heraclia Rome: Spiritus tuus in Requie. *Inventũ eſt eo ãno, quo Epigraphe Severiana, quo pariter anno ibidem invẽta eſt, licèt non ad Martyris ſepulcrum, hæc alia inſcriptio ſimiliter acclamans*

ΑΘΗΝΟΔΩΡΕ ΤΕΚΝΟΝ ΤΟΠΝΕΥ
ΜΑ ΣΟΥ ΕΙΣ ΗΝΑΠΑΥΣΙΝ *ſic*

Athenodore Fili, Spiritus tuus in requie. *Ineunte verò anno* 1731. *inventum eſt hoc aliud, cruento item vaſculo ſignatum.*

AVGVSTE IN
BONO REFRI
GERES DVLCIS

Notatum item erat Vaſe vitreo, & picturis illuſtratum ſepulcrum Metileniæ Rufinæ Martyris, cujus inſcriptionem damus infra §. VIII., *ac multi præterea loculi, quorum epigraphæ ad me non pervenère, multi etiam anonymi. Vide, & Aurelii Imerii inſcriptionem infra* §. VI.

[2] *Anno Æræ Vulgar.* CCLXXXI.

[3] *Vulgò dicitur* S. Salvator in pede Pontis. *trans Tiberim &c.*

pio (ut arbitror) oculos, cæteroqui lynceos, eorum, qui antiqua epigrammata collegerunt; quantumvis Conſulatu duorum Maximianorum [1] inſignis, licet mutila, habenda tamen in aliquo pretio ſit.

[2]

NN MAXIMIANO AVG V
AXIMIANO CAES II CONS
C. GESSIT VALERIVS VICTOR
PATERNVS V P

Niſi lapis orantium genibus ac prætereuntium attritu conſumptus, duorum poſtremorum characterum veſtigia ferme amiſiſſet, aliquid fortaſſe ſciremus de enunciata ibi hujus Paterni dignitate. Mihi poſt examen diligens viſus ſum ibi fugientes lineas inſpicere literarum V P; quas ſive Vir Perfectissimus [3] legi oporteat, ſive Vicarius Præfecti, ſive Vir Patricius (ità enim ſigla V P legenda docet Sertorius Urſatus) certè vel Valerii Victoris Paterni nobilitatem ſonant, vel geſtum ab ipſo per ea tempora Magiſtratum.

Paternos alios ætatis, & conditionis incertæ, non exquiro. Unum, aliumve tantùm hic addo ex hujuſmodi ignotis, ac fortaſſe etiam ignobilibus Paternis. Primum dat Inſcriptio anecdota, quam excripſi Romæ, apud D. Marchionem Alexandrum Gregorium Capponi, SS. D. N. Clementis XII Papæ *Forerium* (ut vocant) *majorem*, atque ab intimo cubiculo.

D M
VRBANAE . CONIVGI DVLCISSIME
ET CASTISSIMAE AC RARISSIMAE CVIVS PRAECLARIVS
NIHIL FVISSE CERTVS . HOC ETIAM TITVLO HONORARI
MERVIT . QVAE ITA MECVM CVM SVMMA IVCVNDI
TATE ADQVE SIMPLICITATE IN DIEM VITAE . SVAE
EGIT . QVAM ADFECTIONI CONIVGALI . TAM
INDVSTRIA MORVM SVORVM . HAEC IDEO
ſic ADIECI VTIEGENTES . INTELLIGANT QVANTVM
NOS DILEXERIMVS PATERNVS . B . M . F


Alium

[1] *Anno Vulgaris æræ* CCXCVII.

[2] *Fortè ſic ſupplendus lapis*.
Dominis Noſtris, *Maximiano Auguſto quintùm*.
Et Maximiano, *Cæſare ſecundùm Conſule*.
Præfecturam *geſſit* &c.

[3] *Non lego ibi* Urbis Præfectum, *nam & aliis notis ea Dignitas exprimebatur; & prætere Catalogus ille ſincerus, quem Bucherius edidit, nullum eo nomine Præfectũ Urbi habet ſub Maximiano*.

Alium Paternum ignoti ſæculi, & conditionis [1] dat lapis Chriſtianus, quem vidi Romæ ad Sanctæ Mariæ trans Tiberim, erutum (uti mihi narrabat D. Canonicus Marangoni) e Cœmeterio Sancti Hermetis. [2]



§. IV.

CHRONOLOGICA CIRCA CONSULATUM CLAUDII, ET PATERNI.

SEd hæc minoris ſunt indaginis, atq; exiguæ utilitatis, præ characteribus iis Chronologicis, clariſſimis, pulcherrimiſque, quibus Severiana inſcriptio illuſtratur. Habemus enim ab ea, Consulibus M. Aurelio Claudio Auguſto (ſecundùm,) Et Ovinio, ſive Nonio Paterno (tertiùm,) Nonas Novembres incidiſſe in Diem Veneris; quo etiã die fuerit Luna xxiv. Hi autem characteres omnem jam tollunt ambigendi locum, quo tandem æræ vulgaris anno Conſules proceſſerint Claudius, et Paternus; qua quidem in re antiquiores, ac recentiores Chronologi diſcrepabant.

Nam Genebrardus, tribuens anno Mundi quatermilleſimo trecenteſimo ſexageſimo primo victoriam Claudii de Gotthis, unde Gotthici cognomen huic Imperatori factum, Conſulatum Claudii, & Paterni, quo ea potiſſimùm victoria relata eſt, aſſignare cogitur anno Chriſti cclxxi. vel cclxxii.; tot enim anni fluxerunt ab anno Orbis conditi quatermilleſimo octogeſimo nono, vel quatermilleſimo nonageſimo, a quibus æram Chriſtianam auſpicandam credit. Hanc autem Genebrardi ſententiam ſecutus videtur inter recentiores P. Carolus le Cointe, in Apparatu ad Annales Eccleſiaſticos Francorum; in quo Apparatu conſulatum Claudii Auguſti, ac Paterni rejicit ad annum Chriſti cclxxi.

Onuphrius autem Panvinius, vir ætate ſua doctiſſimus; & poſt Panvinium Cardinalis Baronius, Henricus Spondanus, aliique, a quibus non abludit Joſeph Scaliger, Conſulatum hunc ſecundum Claudii, Collega Paterno, referunt ad annum æræ communis cclxx. Sentiunt cum his, quantùm ad horum Conſulum tempus, Joannes Georgius Hervartius ab Hohenburg, [3] & P. Jacobus Goutoulas, Chronologi cæteroqui non contemnendi.

Neſcias, an omnium primus ab his opinionibus diſceſſerit Sethus Calviſius, Chronologus magni nominis, & commendatione non modica di-

[1] *Sæculi tamen planè rudis, conditionis facilè pauperis; quod characterum barbaries indicare videtur.*

[2] *Lege* PATERNO . FILIO . QUI DORMIT . IN PACE ANNORUM . XIII.

[2] *Chronol. cap.* ccLv., *pag.* mihi 269.

gnus ob inſignem literaturam; niſi pertinaciùs adhærens Sectariorum erroribus, obeſſe maluiſſet Eccleſiæ Chriſtianæ, quàm prodeſſe. Calviſii in hac re ſententiam tenuit, Chronologus longè illo major, ac doctior, P. Dionyſius Petavius; cui adhæſerunt, quantùm ad hos Conſules locandos, quicumq; ferme poſt Petavium ſcripſere Chronologi præſtantiſſimi, P. Ægidius Bucherius, Thomas Lydiatius, P. Joannes Baptiſta Ricciolius, P. Antonius Pagi, Eminentiſs. Card. Henricus Noris, Illuſtriſſimus Bianchini, atq; alii; qui Collegium illud Conſulum aſſignant anno Chriſtianæ æræ CCLXIX.

Atque hi quidem feliciùs (ut ego quidem opinor) atque acutiùs viderunt; id quod teſtatur Inſcriptio Severæ, geſſum tradens ab CLAUDIO, ET PATERNO CONSULatum eo anno, quo NONÆ NOVEMBRES concurrêrunt cum DIE VENERIS, & LUNA XXIV.

Cùm enim neque anno vulgaris Æræ CCLXX., [1] neque CCLXXI., [2] aut CCLXXII., [3] characteres hujuſmodi aptari poſſint, uti ex Eccleſiaſtici computi, ſive Poſt-Niceni, ſive Ante-Niceni regulis manifeſtum eſt; ſequitur, neq; Genebrardum, neq; Panvinium, neq; Scaligerum in uno ex iis annis huic Collegio Conſulum aſſignando rem acu tetigiſſe. Contra verò, characteres ab Inſcriptione enunciatos convenire cum anno vulgari CCLXIX. probat Cyclus Judaicus, [4] cujus ante Nicenum Concilium communis admodum uſus fuit, etiam in Chriſtiana Eccleſia. Qua de re conſulendi ſunt P. Bucherius, Card. Noriſius, & qui ante paucos annos breviter ac dilucidè circa Kalendarium ſcripſit, P. Horatius Borgondio, Magiſter meus.

Nam annis CCLXIX addendo XXXIX., (tot enim annis Cyclus Judaicus antecedit æram communem) & ſummã, quæ inde naſcitur, CCCVIII. dividendo per LXXXIV. ſecundùm hujus Cycli canones; ſi quæratur reſiduus numerus LVI. in Cyclo Judaico, exhibet literam Dominicalem C, Epactam X.; quibus datis, ex Kalendario Gregoriano patet, per annum Chriſtianæ æræ CCLXIX. concurriſſe Nonas, ſeu diem quintam Novembris, cum die Veneris, & Luna XXIV. Quare cùm CONSULatus ſecundus CLAUDII, & tertius PATERNI fuerit (ut ex lapide diſcimus) eo anno, quo NONÆ NOVEMBRES incidèrunt in DIEM VENERIS, & XXIV. Lunam; habemus jam fixum, ac certum, hujuſmodi Conſules Magiſtratum geſſiſse anno æræ Vulgaris CCLXIX., quod Calviſius, Petavius, aliique recentiores chronographi docuerant.

Et hæc quidem intelligentibus clariſſima, minùs peritis duriuſcula fortè videbuntur; eò quòd antiquiſſimis, & celeberrimis Paſchalibus Cyclis

---

[1] *Anno Chriſtianæ æræ* 270. *Nonæ Novembres inciderunt in diem Sabbathi, & Lunam V.*

[2] *Anno* 271. *inciderunt in Dominicam, & Lunam* XVI.

[3] *Anno* 272. *Biſſextili inciderunt in diem Martis, & Lunam* XXVII.

[4] *Probari luculenter id poſſet etiã e Cyclis aliis, atque ex iis præſertim, ex quibus Pagius, & Blanchinus VV. CC. characteres eosdẽ aſſignãt anno vulgari* CCLXIX., *quos ex Cyclo Judaico eruimus. Verùm placuit magis Cyclus Judaicus; ut agnoſceres, injuriâ dictum a nuperrimo Scriptore* (Jacob. Bettazzi in Epit. Operis Paſchalis pag. 109.) „ uſui non fuiſſe „ Romanæ Eccleſiæ Cyclũ anno„rum octoginta quatuor.... Quar„tadecimanos, & Novatianos hũc „ Cyclum adhibuiſſe. *Quartadecimanis ſcilicet, aut Novatianis profanandum reliquiſsent Romani Pontifices Cœmeterium adeò inſigne, atque Urbi proximum!*

Cyclis S. Hippolyti, ac Victorii Aquitani, nequaquam conſentiant. Namque, ut ab Hippolyto, utpote vetuſtiore, exordiamur: Scripſit ille Canonem ſuum (qui inſculptus ejus Cathedræ marmoreæ in Bibliotheca Vaticana aſſervatur) anno vulgaris æræ CCXXII; (ut conſtans eſt omnium, atque inconcuſſa ſententia) octo nimirum, & quadraginta annis ante Conſulatum Claudii, & Paterni, de quo quærimus: fuit enim ille annus primus Alexandri Imperatoris; quem pariter annum Hippolytus primum eſſe voluit ſeptem illarum ſuarum Heckædecaëteridum [1]: quibus abſolutis redeundum eſſet ad primam. Si igitur primus hujus Cycli annus concurrit cum anno Vulgari CCXXII; cum anno deinde quæſito vulgaris æræ CCLXIX., quo diximus fuiſſe Conſules Claudium, & Paternum; concurret annus ejus Cycli XLVIII., ſive ultimus tertiæ Heckædecaëteridos. Sed eo anno Luna quartadecima Paſchalis fuit, Feriâ V, VIII. Kal. Apriles, ut expreſsè in Cyclo Hippolytæo notatur, latere dextro Cathedræ: Dominica verò Paſchalis fuit V. Kal. Apriles, ut in alio ejuſdem Cathedræ latere ſignatum eſt. Ergo eo anno fuit quidem litera Dominicalis C; ſed Epacta fuit XIX. Ex quo ſequitur, Nonis Novembribus fuiſſe quidem diem Veneris; ſed Luna eo die fuit tertia; non verò XXIV, ſicuti ab Inſcriptione enunciatur.

His autem reſpondere arduum eſſet, niſi quæ nobis objiciuntur, æquè ſolvenda eſſent a Genebrardo, a Panvinio, & ab aliis, quorum pariter ſyſtemata cum Cyclo Hippolytæo non conſentiunt. Sed hujus Cycli diſſenſus a noſtra, aliorumq; ſupputatione curandus admodum non eſt; cùm manifeſtò conſtet reperiri in eo vitium commune iis Cyclis, quos Octoëteridas antiqui nominarunt; qui Cycli longè contractiores Cœleſtibus Lunæ motibus, ut Bucherius obſervat, [2] *Octoginta quatuor annorum intervallo, pluſquam quindecim dierum defectu ab Lunæ Cœleſtis curſu recedebant*. Hac etenim eadem ex cauſa Canon Hippolytæus, intervallo annorum octo, & quadraginta (quot a ſtabilito per Hippolytum Cyclo effluxêre ad Conſulatum Claudii, & Paterni) novem ipſos dies antecedit Lunæ motus, & Epactam XIX. ſignat, ubi notanda eſſet Epacta X. Propter quam Cycli Hippolytæi labem, vix ſatis ſupplendam intercalationibus ullis, viſum eſt Joſepho Scaligero dubitari poſſe, an Heckaedecaëterides illæ uſu unquam in Eccleſia receptæ fuerint: Certè quidem diuturnum uſum habere non potuerunt. Ut proinde non oporteat eſſe admodum ſolicitos de diſſenſu Cycli Hippolytæi ab Inſcriptione Martyris Severæ, & a characteribus chronologicis per eam expreſſis.

Sed neq; facta ſupputatio uſquam infirmatur ex eo, quòd poſt annos a dato anno duos ac triginta ſupra quingentos, non redeat rurſus idem characterum Solarium ac Lunarium concurſus. Stabilivit quidem Victorius Aquitanus in celebri ſuo Canone Paſchali periodum hanc, putavitque, eam ità exactè Solis Lunæque curſum complecti; ut eâ evolutâ neceſſariò redire deberent, eodem prorſus ordine, Epactæ ac Literæ Dominicales ejus Periodi: *In* DXXXII. namque *annis* (ait) [3] *omnis ſumma conſiſtit .... quæ ſumma ità cunctarum, quibus excepta eſt, ſeriem regularum ſua revolutione complectitur, ut eodem tramite, & in id, unde eſt orta revocetur, & ad finem priſtinum de novo circumacta perveniat*. Quæ quidem regula, ſi vera eſſet, actum ac deploratum eſſet de ſupputatione, quam dedimus: ſiquidem (ut ex Kalendario eruitur)

anno

[1] *Vulgò* Sedicine d'Anni: *Græcè* Ἑκκαιδεκαετηρίδες

[2] *Notis in Hippolyti Canonē; ad Victorium &c. pag.* 312.

[3] *Victor Aquitanus in Præfat. ad Can. Paſchal.*

anno vulgari DCCCI; nimirum DXXXII. annis poſt datum annum CCLXIX., fuerit quidem litera Dominicalis C; Epacta autem unitate major eſt, quàm quæ ponitur fuiſſe anno CCLXIX., fuit enim non X, ſed XI. Quare locus datur dicendi, etiam anno CCLXIX. fuiſſe Epactam non X., ſed XI adeoque Nonas Novembres utroque eo anno tam DCCCI. quàm CCLXIX., concurriſſe quidem cum die Veneris; ſed eo die fuiſſe Lunam XXV., non XXIV.

Quid ſi hæc etiam ſolvenda æquè ſint ab iis Auctoribus, qui diverſum ab eo, quem nos aſſignavimus, annum aſſignant faſcibus Claudii, & Paterni? Et tamen omnibus iſta diluenda ſunt; involvit enim omnium ſententias illa difficultas. Sed facile eſt ab hiſce oppoſitis expedire ſeſe. Qui enim eam regulam tradidit Victorius, ignoravit, ſæculo illo minùs exculto, quòd poſteriores Aſtronomi obſervarunt; nimirum Lunas, poſt Periodum annorum CCCXII. ac ſemis, uno die prævertere curſum, in Cyclis notatum. Omiſit itaque canones, quos æquationis dicimus, ut curſus civilis Lunæ, quem indicant Kalendaria, curſui Cœleſti perpetuò reſponderet. Obſervatis proinde Lunæ aſpectibus, quales erant anno Chriſti CCCCLVII., [1] quo anno ſuum Canona ſcripſit; cùm jam ab anno CCLXIX. Luna diem ferme ſolidum præcucurriſſet motus notatos in antiquis Cyclis, benè ille quidem Epactas unum diem promovit: Hinc factum eſt, ut anno DCCCI. Epacta fuerit XI., non verò X., quæ expectabatur: ſed non benè, ſine aliis æquationis regulis, ſtabilivit DXXXII. annorum Periodum, quaſi eâ elapſâ, Lunæ ac Solis motus redirent ad priſtinum.

Hinc, quamvis, anno æræ communis MCCCXXXIII., (quo anno iterum Victoriana Periodus reſpondet anno CCLXIX.) rurſus redeat in Kalendariis litera Dominicalis C, & Epacta XI; tamen ſi Epacta Cycli, ſeu civilis, perfectè ſe motui Cœleſti Lunæ conformaret, debuiſſet Epacta eſſe XIII; cùm jam eo tempore tres ipſos dies Luna præcucurriſſet motus, in Tabulis conſignatos: Sicuti, Sancto Pontifice Pio V. ſedente, jam quatuor dies præverterat; quare neceſſe habuit Sanctiſſimus Pontifex numeros Dionyſianos, qui Aurei dicuntur, in Kalendario, quod Breviariis præfixit, quatriduo promovere.

Ex eo itaq; quòd anno æræ Chriſtianæ DCCCI. non concurrerint Nonæ Novembres cum Luna XXIV, licèt concurrerint cum die Veneris, inferendum, Victorianos canones exactos non eſſe: non autem negandum concurriſſe eos characteres ante DXXXII. annos; nimirum anno CCLXIX., qui unicus eſt annus à Chriſto nato, quo concurſus hujuſmodi accidit; tum ſi Cycli emendatiores recentium Aſtronomorum ſpectentur, tum ſi motus ipſe Solis ac Lunæ conſideretur.

Stabilito igitur ex Inſcriptione SEVERÆ anno, quo Conſulatum geſſerunt Claudius ac Paternus; jam ex eodem lapide certum erit, quo anno S. Dionyſius Papa diem objerit; quò anno S. Felix ejus in Cathedra ſucceſſor, electus ſit: unde etiam non modica Eccleſiaſticæ Chronologiæ lux certò affulget. Cùm enim antiquus Catalogus Romanorum Pontificum a Cuſpiniano, & Bucherio relatus, qui, Conſtantio Auguſto imperante, ſcriptus creditur, Dionyſii mortem, [2] Felicis electionem [3] ſignent Conſulatu Claudii, & Paterni; quod etiam aſſerit Anaſtaſius Biblio-

[1] *Coſ. Conſtantino, & Ruſo.*

[2] „ *Uſq; in diem* VII. *Kal. Januarias Coſſ. Claudio, & Paterno.* Catal. cit.

[3] „ *A Conſulatu Claudii, & Paterni.* Ibidem.

Bibliothecarius, [1] jam manifeſtum eſt, quo anno æræ Vulgaris ea contigerint; ut quæ hactenus Eruditorum opinio fuerat, jam monumenti hujus ope, certa evadat, atq; indubitata ſententia.

Poterit item determinari annus ſecundæ Synodi Antiochenæ contra Paulum Samoſatenum: Eam enim, Claudio, & Paterno Cos, fuiſſe inchoatam probat Pagius, *Diſſertatione Hypatica*, *Parte III. capite ultimo*. Sed hæc obvia. Aliquid ego non ità obvium ac facile expecto ab eximio atque exercitatiſſimo chronologo P. Stephano Souciet; qui viſo Inſcriptionis Severianæ ectypo, quod ad Trevoltiani Diarii Scriptores tranſmiſeram, qua pollet eruditione, & perſpicacia, ſtatim agnovit monumentum opportuniſſimum quo, tanquam face, uteretur ad Hiſtoriam, & Chronologiam illuminandam; dixitque, ſperare ſe, niſi ſibi animus falsò blandiatur, aliqua penitus nova hujus epigrammatis ope detecturum.

§. V.

EXCURSUS CRITICO-CHRONOLOGICUS CIRCA ANTIQUUM ECCLESIÆ MOREM IN ANNOTANDIS TEMPORIBUS.

Stupui, ut primùm vidi Epitaphium Severæ adeò inconcinnè ſcriptum; adeò ſimul exactum ac diligens in chronicis characteribus adnotandis. Verùm deinde, conſiderata attentiùs Eccleſiæ, præſertim Romanæ, per ea tempora conſuetudine, & plebis Latinæ linguâ ſæculo illo corruptiſſimo, agnovi nihil eſſe, quod tantopere mirarer. Certè namque ut infantiſſimus fuerit in latino ſermone, & ignarus penitus Romanarum Notarum, quicumque ille fuit homo, facilè Græcus, qui latinam epigraphen Severæ ſcripſit, non tamen idcircò Vir fuit in omnibus imperitus; neque (quod erit ſuo loco oſtendendum) lutulento magis loquendi genere uſus eſt, quàm quo tum Urbs univerſa utebatur. Rurſum ſciebat ille, utrùm, qua die Epitaphium poſuit, eſſent Nonæ Novembres, nec ne; cùm nihil tritius iis ſæculis eſſet, etiam apud Græcos, qui in Romanorum mores ac ſervitutem tranſierant, quàm ea numerandi ratio in menſtruo dierum ordine aſſignando. Non poterat pariter ignorare, quem in hebdomada locum haberet dies; quandoquidem eum ità expreſsè Diem Veneris nuncupat. Stolidum ſanè fuiſſe oporteret, qui præſentis diei nomen ignoraſſet. Circa numerum Lunarum faciliùs errari potuit. Sed neque ea res Aſtronomum inſignem requirit; neq; difficile fuit hoc ſcire ea ætate, qua uſus invaluerat apud Chriſtianos numerandi Lunares dies Judæorum more; quem ritum etiamnunc in quotidiana Martyrum, ac Sanctorum reliquorum e ſacris Diptychis annunciatione; atque in Feſtorum, quæ *Mobilia* appellamus, deſignatione, ſervat Eccleſia.

Habet igitur barbariem in loquendo ſuam Epitaphium Severæ a barbarie ætatis illius, quæ latini ſermonis candorem penitus infuſcaverat. Quemadmodum enim, vel ante duo ſæcula deploraverat Vates. [2]

Jam-

---

[1] „ *Dionyſius*, . . . *ſedit*. . . . *uſque* „ *in diem* VII. *Kalendarū Januariarum*, *a Conſulatu Claudii*, *&* „ *Paterni &c.* Anaſtaſ. ex editione Vaticana Illuſtriſſimi Blanchini.

[2] *Juvenal. ſat. III.*

Jampridem ſyrus in Tiberim defluxit Orontes;
Et linguam, & mores, & cum tibicine chordas
Obliquas, nec non gentilia tympana ſecum
Vexit &c.

Habet verò characterum chronologicorum veriſſimas notas ab Eccleſiæ diſciplina; quam adeò exactè ac ſtudiosè obſervabant Chriſtiani veteres, etiam in re minima, qualis eſt Lunarium dierum ſupputatio. Quod certè mirum eſt, ſi tempora illa difficillima ſpectentur, atque adeo infenſa literarum ſtudiis, ac religioni; quibus tamen, ſub Principibus aliquando immaniſſimis, inter media perſequentium arma, tam exactè ac diligenter tempora conſignabantur, eorumq; characteres, ad Martyrum præſertim, & Epiſcoporum depoſitiones indigitandas.

Duravit etiam ſæculis conſequentibus religioſus mos. Hinc tot chronici characteres apparent ſæculo quarto in celeberrima ea inſcriptione, quam invenit Cl. Boldetti anno 1714. in Cœmeterio SS. Gordiani, & Epimachi; vulgavitque tum ipſe, [1] tum Illuſtriſſimus Blanchini in Prolegomenis ad Anaſtaſium. [2] A ω. PUER. NATUS. DIVO. JOVIANO AUG. ET. VARRONIANO. COSS. (*ſic*) ORA. NOCTIS. IIII. IN VXIT. VIII. IDUS MADIAS. DIE. SATURNIS. LUNA. VIGESIMA. SIGNO. CAPI ORNO. NOMINE. SIMPLCOVS. Quot enim verò barbarici idiotiſmi hic aggeſti! Non tamen idcirco, vel unus ex tot chronologicis characteribus lapidis tam parùm latini aberrat a vero. Quemadmodùm enim doctiſſimus Anaſtaſii Scholiaſtes [3] optimè ſupputavit, neq; epitaphiographum hunc latuit ſignum illud Zodiaci, in quo Luna erat, hora natali pueri Simplicii. Nam ſi calculus diligens ineatur, verè anno æræ vulgaris trecenteſimo ſexageſimo quarto, VIII. Idus Majas, die Sabbathi, hora IV. noctis, ſurgebat ab Horizonte ortivo, ſimul cum Luna vigeſima, gradus 16. 21′ 11″ Capricorni: Quare illi anno aſſignetur neceſſe eſt Conſulatus Joviani, & Varroniani. Et ne quid in lapide deſideres, præter elegantiam, puritatemq; ſermonis; ibi Jovianus DIVI appellatione nominatur; utpote qui jam a. d. XIV. Kal. Martias ejus anni, in Conſulatu diem ſuum objerat.

Simile quid dicas de celeberrima inſcriptione Fabrettiana. [4] NATV. SEVERI. NOMINE. PASCHASIVS. DIES. PASCALES. PRIDIE. NOV. (*ſic*) APRIL. N. DIE. JOBIS. FL. CONSTANTINO. ET. RVFO. VV. CC. CONSS. QVI VIXIT. ANNORUM. VI. PERCEPIT. XI. KAL. MAIAS. ET. ALBAS. SVAS. OCTABAS. PASCAE. AD SEPULCRVM. DEPOSVIT. D. IIII. KAL. MAI. FL. BASILIO. VC. CO. Ejus profectò ſermo non admodum elegantior eſt ſermone illo, quo SEVERÆ Martyris Epitaphium conſcribitur. Ibi nihilominus, ſi teſtimonio credimus viri doctiſſimi, Cardinalis Henrici Noris, [5] adeo exactè expreſſi ſunt characteres annorum CCCCLVII. & CCCCLXIII, ut nihil deſit ad plenam, veriſſimamq; chronologiam.

Omnes dicti characteres notantur, ſi Lunares dies excipias, in epigraphe Heliæ Argentarii apud Gruterum; [6] quam Inſcriptionem, Eccleſiaſticæ, de qua loquimur, diſciplinæ non minùs, quàm rerum verita-

ti

[1] *Oſſervazioni ſu' Cimiterj lib.* 1. *cap.* 19. *pag.* 54.

[2] *Anaſtaſ. edit. Vatican. Prolegom. Tom. II. pag.* LXVIII.

[3] *Bianchini loco citato.*

[4] *Fabretti Inſcript. Domeſtic. cap.* VIII. *Inſcr* LXX. *pag.* 577.

[5] *In Notis ad Faſtos Conſulares Anonymi Pag.* (*mihi*) 43.

(6) *Theſaur. Inſcript.* MLIII. 4.

ti conformem, quandoquidem νοθείας, & ſuppoſitionis notâ jugulat Thomas Lydiat, [1] licèt verecundiùs Petavius, & magis cautè, eam Quadratarii dormitantis negligentiâ malè expreſſam fuiſſe pronuntiaſſet; non abs re erit hîc breviter ab utroque crimine vindicare, ne hoc adminiculo privetur Eccleſiaſtica, & Conſularis chronologia. Lapis ſic habet.

CONSVLATV. M. F. STILICHONIS
SECUNDO C̄C DEPOSITVS. PVER [2]
HELIAS ARGENTARIVS SEPTVMV
KAL. NOBEMBRES. DIE BENERIS ORA QVARTA
QVI. BIXIT. ANNIS. TRIGINTA. ET. QVINQVE. ET DIES
VIGINTI. ET. TRES. BENEMERENTI. IN. PACE.

Ex hoc lapide igitur putavit Joſeph Scaliger, [3] ſecundum Stilichonis Conſulatum incidiſſe in annum Chriſti ccccvi; cùm tamen vulgò Chronologi Stilichonem ſecundò Conſulem fuiſſe doceant anno ccccv. Ratio Scaligeri hæc erat. Stilichonis ſecundus Conſulatus, ex hoc lapide, contigit eo anno, quo dies ſeptimus ante diem Kalendas Novembris concurrit cum die Veneris. Neceſſe eſt igitur eo anno fuiſſe literamDominicalem G. Hic autem character convenit anno ccccvi; cùm contra per annum ccccv. litera Dominicalis fuerit A. Igitur anno ccccvi, non verò ccccv. fuit Stilicho ſecundùm Conſul. Nodus profectò implexus, quem, uti dicebam, ſubſequentes Chronologi ſcindere maluerunt, quàm ſolvere! Cum enim documentis certiſſimis (quæ affert Petavius in Opere *de Ratione Temporum*, [4] & fuſiùs atq; efficaciùs in *Rationario*) [5] conſtet ſecundum Stilichonis Conſulatum incidiſſe in annum ccccv, teſtimonio in contrarium adeò luculento, ſed ſolitario, fides omnis abroganda videbatur.

Me verò experientia docuit cautè procedendum, ubi de antiquis ſaxis agitur: Facile namque eſt ſuppoſitionis notam appingere documentis, quæ tamen falſa non ſunt. Volui itaq; lapidem ipſum conſulere; quem a Smetio lectum, exſcriptumque Romæ, in titulo Equitii, ad Sancti Martini in Montibus, ait Gruterus. Sed in ea Baſilica, ut multi ſuperſint antiqui lapides in porticibus, quæ ad latera ſunt, quaſq; *Naves minores* dicimus, tamen lapidem Heliæ Argentarii non invêni; fortaſſe quia in Porticu media [6] (quam *Navim mediam* dicere conſuevimus) fuerat. Hæc autem in recentioribus Baſilicæ inſtaurationibus novo pavimento ornata ſæculo ſuperiore, elegantior eſt, non autem magis erudita. Neque verò quiſquam fuit, qui me de illius Lapidis Fato edocere

 potue-

[1] *In Canonibus Chronolog.*

[2] PUERI *nomen appellatur homo, natus annos quinqae, & triginta. Sicut in Lapide Conſulari anni* CCCXVII. *apud Mabillonium, in ſupplemento Rei diplomaticæ, pag.* 15. *dicitur* PUER. VICTORINUS. QUI. BIXIT. ANNUS. XXXVII. M. X. D. X &c. *Utrùm ad ſervilem hominis conditionem notandam; an potiùs ex Arcani diſciplina profectū eſt Nomen ad Neophytum ſignificandum; vide Cardin. Baronii notas ad Martyrolog.* 2. *Jan. & Du. Cange in Gloſſar. Latinit. V.* Infantes.

(3) *De Emendatione temporum.*

(4) *lib.* XII. *cap.* 46.

(5) *Parte ſecunda lib.* IV. *cap.* 13.

[6] *Floravantes Martinellus in ſua* Roma, ex Ethnica, Sacra *conjecturæ huic favet: nam pag.* 256. *ſecūdæ editionis Romanæ,* 1668. *referens inſcriptionem Pueri Heliæ Argētarii &c, ait, eam eſſe* in medio Tēplo *Sancti Martini in Montibus.*

potuerit : quem tamen ego lapidem cenſeo habendum pro monumento certiſſimo, quo eorum temporum Hiſtoria, & Chronologia apprime ſtabiliatur.

Neque tamen idcirco in Scaligeri opinione ſum, & cum Petavio, aliiſque Chronologis, quod ad rem ipſam attinet, non conſentio. Ajo enim, lapidem de primo Conſulatu Stilichonis loqui; ac perperam de ſecundo Conſulatu intellectum, doctiſſimos viros, vel in errorem, vel in erroris ſuſpicionem induxiſſe. Primo Conſulatui Stilichonis convenire characteres a lapide enunciatos manifeſtum planè eſt. Fatentur namque omnes bonæ notæ Chronologi primum Flavii Stilichonis Conſulatum incidiſſe in annum æræ vulgaris cccc; quo anno vere DIES VENERIS concurrit cum SEPTVMV. KAL. NOBEMBRES. Fuit enim ille annus Biſſextilis, literas Dominicales habens A. G. Loquitur itaque lapis de primo, non de ſecundo Conſulatu Stilichonis; & Chronologorum opinionem circa Conſulatum primum fulcit documento non antè obſervato.

Cur verò, inquies, tam rotundè enunciat CONSVLATV. M. F. STILICHONIS. SECVNDO. $\overline{cc}$? Hìc verò deceptos fuiſſe Criticos credo, neque aſſecutos inſcriptionis ſenſum: Arbitror enim vocem illam SECVNDO nihil omnino pertinere ad præcedentem vocem CONSVLATV; ſed adverbium eſſe, a quo afficiantur, quæ ſequuntur, compendiariæ notæ $\overline{cc}$; quas, dummodo de Conſulatu ne interpreteris, legas per me ſanè, ut libet; vel COMITIS CLARISSIMI [1]; vel CVRATORIS CIVIVM, aut CIVITATIS; vel CORRECTORIS CALABRIÆ; vel CONSULARIS CAMPANIÆ; non repugnabo. Senſus itaque fuerit inſcriptionis: CONSVLATV. *Marci Flavii* STILICHONIS, *qui erat etiam tum temporis Comes Clariſſimus* SECVNDO, DEPOSITVS *eſt* PVER HELIAS &c.

Quamcumq; autem ex ſupradictis explicationibus Siglorum $\overline{cc}$ quis elegerit, eam facilè tueri poterit: ſi enim legas SECVNDO COMES CLARISSIMVS, rem dices & Hiſtoriæ, & moribus eorum temporum conformem: Fuit enim in uſu ea ætate phraſis iſta SECVNDO COMES; cùm COMITIVÆ, ſeu dignitates Comitum perpetuæ non erant, ſed iterabantur: hinc COMES ITERVM appellatur L. Aradius Valerius Proculus in lapide apud Gruterum [2]. Hiſtoriæ pariter concordat hæc lectio: nam duæ Comitivæ Stilichoni datæ leguntur in Baſi Statuæ, quam ei Populus Romanus dicavit [3]; ubi, ſimul cum Conſulatibus Stilichonis, & Magiſterio utriuſque Militiæ, enunciantur ab eo geſtæ Comitiva DOMESTICORVM, ac præterea Comitiva SACRI STABVLI. Si verò diverſimode legas ſigla cc, non aberrabis a vero: Iterabantur namque etiam dignitates CURATORIS CIVIVM, & CORRECTORIS, & CONSULARIS Provinciarum, ut e Lapidibus antiquis diſcimus. Sic L. Nonius Verus V. C. BIS CORRECTOR APULIÆ ET CALABRIÆ legitur apud Gruterum [4], & Fl. Lollianus V. C. apud eumdem [5] dicitur CONS. X. CAMP., & Curæ, ſeu ma-

[1] *Gaviſus ſum inveniens apud Fleetwodium*, in Sylloge pag. 413, *explicata ab erudito eo viro ſigla* cc. *hujus inſcriptionis per voces* Clariſſimi, & forſan, Comitis: *Gaviſurus etiam magis, ſi quid ille addidiſſet de referenda ad hanc dignitatem Comitivæ Clariſſimæ potiùs, quàm ad Conſulatum ſuprà enunciatum, vocem* SECUNDO. *Sed in hac ille conjectura, piſce quovis eſt mutus magis.*

[2] *Theſaur. Inſcript.* CCCLXI. 1.

[3] *Hæc Baſis modò eſt in hortis Mediceis Pincianis Romæ. Citatur a Gratero pag.* CCCCXII. 4. *ut exiſtens in Palatio* della Valle.

[4] *Theſaur. inſcript.* MXCVIII. 1.

(5) *Ibid.* CCCCXXXI. 4.

malimus cum J. CC. loqui, *Caratelæ* multiplices non raró in ſaxis leguntur.

Mihi veró ex dictis [1] interpretationibus omnium minimè diſpliceret interpretatio ſiglorum illorum cc de Comitiva Clariſſima, quam Stilicho ſecundò gereret in primo ſuo Conſulatu. Nam nullo omnino auctore doceor geſtas ab Stilichone dignitates civiles CORRECTORIS, CURATORIS, CONSULARIS Provinciarum. Quin ex Claudiani ſilentio, magnificantis tantummodo res ab Stilichone præclarè geſtas ante Conſulatum in exercitu; & ex duabus Inſcriptionibus Statuarum [2], quas Viro magno poſuerunt, Africa primùm, mox Populus Romanus, videor ernere poſſe, ſolas dignitates militares ab eo geſtas: decernunt enim ii Populi ſtatuam VIRO AB. INEUNTE. ÆTATE. PER. GRADUS. CLARISSIMÆ. MILITIÆ. AD. COLUMEN. GLORIÆ. SEMPITERNÆ. ET. REGIÆ. ADFINITATIS. EVECTO. Hinc dubitari queat, an unquam fuerit Civilibus dignitatibus decoratus ante Conſulatum. Comitivas autem a ſaxis clarè enunciatas, utpote militares gradus, potuit Claudianus ſimul cum aliis dignitatibus in bello a Stilichone geſtis celebraſſe; eaſque ab eo geſtas ante Conſulatum Lapis hic doceret.

Scriptis jam his, conſului per epiſtolam doctum amicum, atq; in hiſce ſtudiis exercitatiſſimum, P. Alexandrum Leſleo Soc. Jeſu; ejuſque mentem circa datas a me ſiglis Epitaphii Heliani interpretationes indagavi. Laudavit ille, quo eſt animi candore, conatus meos, & gratulatus eſt eripi Scaligero occaſionem turbandæ Chronologiæ. Subdidit autem, ſe quidem τὰ SECUNDO CC libentiùs explicaturam SECUNDO. CUBICULO, aut etiam SECUNDO. COEMETERII. CUBICULO. DEPOSITUS. PUER. HELIAS &c. Phraſis namq; hæc ab eorum temporum moribus aliena non eſt; cùm & apud Boldettum ſimilia occurrant. UNDECIMA. CRYPTA GREGORIUS, notatum erat lapidi in Cœmeterio Priſcillæ (3). IN CRUPTA. NOBA. RETRO. SANCTUS, ajebat lapis alius in Cœmeterio Cyriacæ (4). INFRO. FORMAS. FECIT. LOCUM. ſcriptum erat titulo in Cœmeterio Calliſti (5). Alibi alia ſimilia. Quid ni igitur, ajebat ille, SECUNDUM aliquod ex Cœmeterialibus CUBICULIS, in quo depoſitus fuerit Helias, notent ea, SECUNDO CC? Ingenioſa profectò explicatio, & fortaſſe verior explicationibus, quas congeſſeram; quæ tamen indicandæ fuerunt, ut pateret, poſſe, quod attinet ad Chronologiam, defendi ſententiam Petavii, quin appingatur legitimo monumento nota falſitatis, aut erroris; quæ nota contumelioſa eſſet, ubi ſermo eſt de Epitaphio ſcripto ſecundùm Regulas, & morem priſcum Eccleſiæ.

Morem quidem hunc neglexiſſe videntur maxima cœmeterialium titulorum pars, in quibus nihil eſt de chronicis ejuſmodi characteribus. Verùm ego crediderim notata fuiſſe diligentiùs in ſingulorum Cœmeteriorum Necrologiis ea, quæ ſepulcrales Tabulæ non ſemper indicabant. Neque enim credo Notarios Regionum Urbicarum, aut Presbyteros Cœmeteriorum cuſtodes neglexiſſe ea exactè adnotare; præſertim ubi Martyres, aut alii inſignes viri, feminæque in Cœmeteriis deponebantur. Atque utinam libri illi non periiſſent! Longè uberiorem haberemus Eccleſia-

(1) *Ne quis me accuſet, quòd inter cæteras literarum* cc *explicationes non appoſuerim & has*: SECUNDO COMITIS CONSISTORII, *vel* COMITIS CASTRENSIS: *libenter enim ſic legiſſem, ſi dignitatum harum, in Stilichonem collatarum, veſtigium appareret in antiquis monumentis.*

[2] *Referūtur a Grutero* CCCCXII. 3. 4.

[3] *Boldetti Oſſervazioni Lib.* II. *cap.* VIII. *pag.* 437.

[4] *Apud eumd. lib.* I. *cap.* XIV. *pag.* 53.

[5] *Ibid. lib.* II. *cap.* XX. *pag.* 650.

ſiaſticam hiſtoriam; longè meliùs tempora digerere, ac diſtribuere poſſemus! Quantum enim adjumenti nobis ſuppeditant paucæ illæ, veluti ex ingenti naufragio Tabulæ, quæ adhuc reſtant in lapidibus Cœmeteriorum! Nolo hîc, ad rei clariſſimæ confirmationem, Inſcriptiones eas referre, atq; examinare, quæ publici juris ſunt. Talis eſſet epigraphe Cæſariæ, relata a Pagio (1): Talis Inſcriptio Valentinæ, quam in Cœmeterio Priſcillæ invenit Boldettus (2): Tale Epitaphium Tarreſis, apud Severanum [3]: Sic & hujuſmodi alia, quibus chronologia vel fulcitur, vel illuſtratur. Pauciſſimis tantùm contentus ero, quæ vel non ſunt editæ, vel non ſunt editæ fideliter, ac diligenter. Prima hæc ſit, quæ ex Calliſti Cœmeterio prodiiſſe credi poteſt: inventa eſt enim ante annos quatuor, ſecus Viam Appiam, dum foderetur Vinea proxima Eccleſiæ Sancti Sebaſtiani, quæ ſuper illud Cœmeterium extructa eſt.

DEPOSITA CONSTANTIA ❧ VI. KA
L ❧ IVLIAS HONORIO AVG ❧ VI
CONSVLE DIE DOMINI
CA QVE VIXIT ANNOS PL
VS MINVS SEXAGINTA BE
NEMERENTI IN PACE



Excripſit P. Dominus Archangelus, Monachus Ciſtercienſis, Baſilicæ illius æditumus.

Confirmat pulcherrima hæc Inſcriptio Petavii ratiocinia contra Joſephum Scaligerum, contendentem *deſiderari* (4) *par unum Conſulum* (in Faſtis) *inter Conſulatum Auſonii, qui in annum* CCCLXXIX *incidit; & Stilichonis, atque Anthemii, qui annum* CCCCV *obſidet*, ut ſupra diximus; concordatque cum iis Chronici Alexandrini characteribus, aliorumq; Hiſtoricorum [qui ab eodem Petavio expenduntur (5)] circa annum, quo Chryſoſtomus Conſtantinopoli exulavit, atque Eudoxia Imperatrix periit. Hanc enim objiſſe HONORIO VI, & Ariſtenæto Conſulibus ſcribit Marcellinus; Mortuam autem pridie Nonas Octobres, Feriâ quintâ; & depoſitam IV Idus Octobres, Feriâ quartâ, ait Chronicon Alexandrinum: Quæ in annum CCCCIIII competunt; quo anno [ut pote Biſſextili] literæ Dominicales fuere C.B. Teſtimonium relati lapidis, narrantis VI. KAL. JULIAS. HONORIO. AUGUSTO. VI. CONSULE fuiſſe DIEM DOMINICAM, utrumque characterem complectitur; atq; Eccleſiaſticam Chronologiam argumento noviſſimè detecto confirmat.

Addamus & alias duas Inſcriptiones, ſequioris quidem ætatis, neque tam multis characteribus illuſtratas, quàm ſuperiores; tamen non inutiles ad fulciendam Chronologiam, neque contemnendas, tanquam vulgares; cùm ad ſæculum ſeptimum pertineant, quo non admodum frequentia ſunt hujuſmodi monumenta. Eam, quæ ſequitur, cum mendis fideliter ex-

[1] *Critic. in Ann. Baron. Tom.* II. *ad ann. Chriſti* DLXXXVI.
[2] *Refert eam in Obſ. lib.* II. *cap.* 6. *pag.* 110.
[3] *Romæ Subterr. lib.* II. *cap.* VIII. *pag.* 125.
[4] *Petav. Rationar. Tempor. lib.* VII. *Cap.* 12.
[5] *Ibid. Cap.* 13.

expreſſis, prout in Lapide (1) ipſo ſunt, excripſi Tibure, in Eccleſia Sancti Petri, apud Carmelitas; ac longè diverſam invêni ab ea, quam ediderat Canonicus Crocchiantes in ſua Hiſtoria; ut proinde inedita cenſeri poſſit.

† LO

---

(1) *Hoc ſaxum diu fuit in gradibus Aræ majoris, ubi orantium attritu conſumpti ſunt penitùs verſus aliquot poſt ſeptimum. Liberavit ab ultimo Fato inſcriptionem pretioſam Rm̃us P. Cornacchioli, ex Generali Carmelitarũ Epiſcopus Bobienſis, Baſilicam illam antiquam reſtaurans. In qua reſtauratione fragmenta aliquot antiquorũ Epigrammatum inventa ſunt, latentia in obverſa facie marmorũ, quibus pavimentum ſtratũ erat. Hæc inde tranſcripſi, anno* 1727.

RALITATES PVP
RAIANI. HADRI
X COS. III. P.F.IMI
HISPANIAM.BAETIC

TEB.LO.APRONIANO. COS.IN A
NIO. ATILIANO COS.

APP. I
I
IIII. VIR
IIII. VIR
ITERUM
SALIVS C
TRIBVNVS
FANI HER
SVO EX

*

PRAEF. CASTR
LEG. VI. VICTR
ſic HEREDES
EX TESTAMENTO

In una ex Antis Portæ obſervavi nomen Liviæ Caij Filiæ Livillæ, *ſic*

I IVIA C F I IVII I A

Ex qua LIVILLAE *memoria, atque ex alia ſororis ejus* DRVSILLAE, *quæ inventa fuit anno eodem, item Tibure, in pavimento Eccleſiæ Sancti Silveſtri, arguere licet, cultas eas ibi fuiſſe divinis honoribus. En lapidem, qui Druſillæ meminerat.*

DI VAE . DRVSILLAE
SACRVM
R VBELLIVS . C. F. BLANDVS
LEG DIVI . AVG . TR. PL. PR. COS
PRO COS PONTIF

Demum, Limine ipſo antiquo templi Carmelitarum amoto, apparuit ejus pars obverſa magnis pulcriſque characteribus ſcripta, ſic.

CN. PINARIO . CN . F
SEVERO. CONSVLI. AVGVRI. REGI. SA
IMP. CAESARIS. NERVÆ. TRAIANI. AVG. SALIO. COL
CORNELIA. MANLI

(1) ✠LOCVS LETE CVM FILIIS SVIS PROCLANVM ET GEMMVLVAI.

HIC REQVIEXCIT IN PACE

LOCVM QVEM SIBI COMPARABIRVM IN ORATVRIV

SANCTI ALEXSANDRI QVI SE ANIMAS SVAS HIC CONI

MENDABERVM SVB INPERIVM DOMNI ERACLI IMPE///

TORIS PIISSIMI INDICTIONE PRIMA

HIC REQVIESCIT IN PACE

||||||||||||||||||||||||||||||||||||||||||||||||||||||||||||||||||||||||

||||||||||||||||||||||||||||||||||||||||||||||||||||||||||||||||||||||||

||||||||||||||||||||||||||||||||||||||||||||||||||||||||||||||||||||||||

||||||||||||||||||||||||||||||||||||||||||||||||||||||||||||||||||||||||

(2) SITES INCVRRAT IN TIPO. SAFFIRE ET///

AE QVI EVM LOCVM SINE PARENTIS

APERVERIT

Obſervari hîc multa poſſent, tum ad Grammaticen ſeculi ſeptimi, tum etiam ad Hiſtoriam ſpectantia. Sepultura in Oratoriis, eaque pretio comparata [3] Sanctorum Patrocinium precibus imploratum: Execrationes illæ contra Sepulcrorum violatores; quos leges nullæ, civiles, aut Eccleſiaſticæ, coërcere unquam ſatis potuerunt: Mihi tamen hîc ſolùm libuit indicare eam, quæ tam clarè ſignatur, Indictionem primam; quæ incidit in annum Heraclii Imperatoris quartum; æræ Chriſtianæ DCXIII. Addamus & aliam, ſub eodem Imperatore poſitam, inſcriptionem, habentem characteres anni DCXVIII, & DCXIX. Exſcripſi illam Romæ, in hypogæo, propè ſepulcrum Sanctæ Cæciliæ: neque proferrem, ſi diligentiùs editam invenirem in Monumentis, quæ de Sancta ea Virgine collegit P. Jacobus Laderchi. Sed ibi (4) minùs ſollicitè transcripta habetur; ut conferenti patebit.

HIC

[1] *Quis tot inter Sanctos homonymos* ALEXANDER *ille ſit, in cujus Oratorio* LETA *ſibi* CVM FILIIS *Sepulcrum elegit, dicent periti antiquitatum, quæ ad Tiburtinam Eccleſiam ſpectant. Suſpicor, ibi ſermonem eſſe de S.* ALEXANDRO *Pontifice R. ac M; qui paſſus eſt Viâ Nomentanâ, quæ non procul à Tibure in Sabinos pergit; ac præterea paſſus ſub Adriano Aug., qui frequenter Tibure morabatur. Utrùm tamen hæc ſufficiant ad dignoſcendum S. Alexandrum in Lapide memoratum, viderint eruditi.*

[2] *Num, quæ hîc deſunt, literæ dicebant* IVD?

[3] *S. Gregorius M, lib* VII. *Epiſt.* IV, *Ind. I, vetuerat pretium perſolvere, pro loco acquirendo humandis corporibus.*

[4] *Sed neque diligenter edita eſt apud Cl. P. Pagi, neque apud Card. Baronium ad annum Chriſtianæ æræ* DCXVIII.

HIC REQVIESCIT THEODORVS V̄C̄ GRECVS VIZAN
TEVS QVI FVIT FIDELIS ET CARVS AMICVS MVLTORVM REI
PVBLICAE IVDICVM AMICITIAE CVSTVS BENIGNVS PIVS DOMVI SVA
(1) AE BENE PRAEPOSITVS QVEM ETIAM LOCVM COMPARAVIT AV̄V̄VIC
(2) TORE ARCHIPB̄O T̄IT SC̄AE CAECILIAE SOLDOS VI DEPOSITVS DIE QVIN
TADECIMA M̄ AVGVSTI IND SEPTIMA ET FILIVS EIVS THEODORACI QVII
[3] BIXIT M̄ VII DEPOSITVS IDVS OCTORIS (*ſic*) IMP̄P̄ D̄D̄ N̄N̄ PIISSIMIS AVḠG̅ HERACLI
O ANNO NONO P̄C̄ EIVSDEM D̄N̄ ANNO OCTABO ATQ HERACLIO CONS
(4) TANTINO NOVO FILIO IPSIVS ANNO SEPTIMO INDICT SEPTIMA QVI
VIXIT ANNOS PLVS MINVS LXXV &c.

(1) Viro Venerabili.

(2) Archipresbytero Tituli Sanctæ &c. Depoſitus XV. Menſ. Aug. 619.

[3] Idibus Octobris Imperantibus Dominis Noſtris Piiſſimis &c. Poſt Conſulatum ejuſdem Domini noſtri &c. Indict. ſeptima, 618, *Malim enim dicere præmortuum Patri Puerum Theodoracium, quàm errorem in Lapide agnoſcere, ut putavit P. Pagius, qui narrans referri a Card. Baron. Epitaphium hoc, ad ann.* DCXVIII, *obſervat, illud non fuiſſe poſitum, anno* DCXVIII, *ſed ſequenti* DCXIX, ut Indictio VII, cum menſe Auguſto juncta certò denotat; quemadmodum tam anni Heraclii, quàm ejus Filii in ea memorati. Anno tamen ſequenti, menſe Octobris, non Indictio VII, ſed Indictio VIII in curſu erat. Quare ea Indictio mendosè deſcripta: Nam ante ſæculum Eccleſiæ octavum, nullum in Italia Indictionis a Kalendis Januarii inchoatæ in monumentis publicis exemplum occurrit.

(4) *Heraclius Conſtantinus Heraclii Imperatoris e Flavia Eudocia Filius, ad Imperii cōmunionem ab Auguſto Patre vocatus* 22. *Jan. die, anni* DCXIII, *ut ait Bandurius in Vita Heraclii, ejus numiſmatis præmiſſa* [Tom. II]

Agnoſco, nimiùm jam digreſſum me ab Severæ inſcriptione. Verùm, quandoquidem impudens eſſe cepi, liceat peto, antequam ad eam redeo, exponere hic, (ubi de characteribus chronicis, qui in lapidibus inveniuntur, ſermo eſt) quæ ſuſpicabar ad Verſum tertium celeberrimæ inſcriptionis Titi Flavii Clementis Martyris, quam (intra Altare Baſilicæ Clementinæ, in Monte Cœlio inventam anno MDCCXXV, ſupra Martyris ipſius Urnam) doctiſſimo commentario illuſtravit P. Eduardus de Vitry S. J. Eum enim ego Verſum, ſi mala interpunctio negligatur, credo continere notas chronologicas anni, quo illud Epitaphium eſt poſitum. Neque tamen mihi plaudo, quaſi ſenſum Inſcriptionis ſim planè aſſecutus: cùm mihi etiam aqua hæreat in aliquorum characterum ſenſu enucleando. Proponam tamen conatus meos, quos inutiles non putabo, ſi felicioribus ingeniis viam indicaverint ad notas eas intelligendas, quæ Crucem hactenus fixere interpretari volentibus. Eæ ſunt:

LEO I·DOCT· X I3 .CO·VI·AS·P·EG

Putabam poſſe legi ſic: LEO (*Papa hoc nomine Primus*) IDibus OCTObris (1) X (decima) I*ndictione* S*ub* CO*nſulatu* V*iri* I*nluſtris* AS*tyrii* P*oſuit* E*t* C*onſecravit*; aut etiam, *Patricii*, E*t Conſulis*. Omnia tolerabiliter, niſi cõjecturas deſtrueret enunciata Indictio; quæ Flavio Aſtyrio V. C. & Inluſtri Conſule, anno Cõmunis æræ CDXLIX, ſecunda eſſe debet, non decima. Cùm verò hic Conſulatus Flavii Aſtyrii inciderit in annum decimum ſuſcepti a Leone Sacerdotii; poterit fortaſſe quis ſuſpicari, τὰ XI ſignificare Decimo Episcopatus, *vel* Initiationis, ſcilicet Anno. Verùm, ne his acquieſcã, facit violenta illa interpretatio characteris I, ad Epiſcopatũ denotandum, neque minùs violenta explicatio per nomen Initiationis, parùm uſitatam in Eccleſia. Adde, dubitari prudenter poſſe, an adhuc ævo illo invaluerit apud Romanos Pontifices mos enuntiandi in monumentis annos Pontificatûs ſui. Invaluerat ille quidem extra Italiam jam eo ſæculo: In Lapide namque Narbonenſi, quem Cl. Pagius, in diſſertatione Hypatica, ait ſpectare ad annum Chriſti CDXLV, quo anno Valentinianus III. erat Conſul ſextùm; Ruſticus Epiſcopus Narbonenſis notat annum XV Epiſcopatûs ſui.

Quærendus ergo potiùs alius Leo inter Romanos Pontifices, cui poſſit hæc Indictio X meliùs convenire; ſed tum ſalebroſum eſt literas reliquas interpretari. De Leone IV. ait Bibliothecarius, (2) feciſſe eum *in Eccleſia Beati Clementis Martyris, atque Pontificis*, (in qua lapis inventus eſt, de quo quærimus) Gabathas *de argento... ſex... & duas etiam ſimilitudines* Palmarum, *& unam interraſilem, quæ eſt* Saxisca, *penſantes ſimul libras quatuor.* (& multis interjectis) *Fecit etiam in Eccleſia B. Clementis Martyris, atque Pontificis,* Aquæmanile *de argento par unum.* Quo Pontificatus anno obtulerit Leo hæc anathemata non exprimit Bibliothe-

[1] *Nondum videram, cùm hæc conjicerem, diſquiſitionem Gallicè ſcriptam*, in Diſſertationem ſuper Tumulo T. Flavii Clementis &c. *Vidi eam deinde, editam inter* Memoires pour l'Hiſtoire des Sciences: Aoüt 1728. pagg. 1544. & ſeqq, *ubi characteres illi* I. DOCT *explicantur*, Idibus Octobris. *Sed quia in aliis ſiglis, ac notis, longè abit Auctor ab interpretationibus meis; nolui, etiam poſt eam viſam, omittere, quæ ſcriptitaveram*

[2] *In Vita; quæ eſt in* Libro Pontificali, *qui ſub Anaſtaſii nomine circumfertur.*

thecarius, aut quicumque ex Bibliothecarii ſchedis eam Hiſtoriam concinnavit; in qua (ut obſervat P. Joannes Baptiſta Sollerius [1]) minima cura ſcribentis fuit temporum ordinem digerere: Si tamen quis concedere velit oblata hæc a Leone, anno Pontificatûs primo, æræ communis DCCCXLVII, quo anno fuit decima Indictio, jam hæc omnia legi poſſent in marmore. LEO. IDibus OCTobris X. *Indictione. Sancto Clementi Obtulit Vaſa Iſta, Aquæmanilia, Saxiſcam, Palmas, Et Gabathas*. Credo autem de his omnibus ne ſomniaſſe quidem eum, qui lapidem ſcripſit. Certè namque, ut vera illa ſint; nulli tamen veroſimile videbitur hæc ibi voluiſſe enunciari; cùm neq; credi poſſit dona hæc omnia oblata fuiſſe Baſilicæ Clementinæ a Sancto Leone, primis ipſis Sacerdotii ſui menſibus; tum etiam quia neque locus opportunus erat memoriæ anathematum ponendæ, ſepulcrum Altari incluſum; neque modus notandi tantùm initiales literas, adhibitus fuiſſet, præterquam in phraſibus tum notiſſimis. Neque opponas, inventam in eodem Altari fuiſſe [2] Tabulam marmoream, in qua enumerabantur donaria, quæ huic eidem Baſilicæ dederat Gregorius, Presbyter Cardinalis, ſæculo VIII. Tabula namque illa, non ideo exculpta, ut altari conſtruendo inſerviret, primò in parietibus Eccleſiæ locata diu fuit; & poſterioribus tantummodo ſæculis ad frontem Altaris ornandam appoſita ab Artifice aliquo imperito, characteribus ad interiora reſpicientibus; enunciat præterea clarè, & non per literarum compendia, donaria oblata a Cardinali Gregorio. Hinc, ſecundæ huic conjectationi, minùs etiam quàm primæ, acquieſco: ac licèt putem enunciari per notas I, DOCT. XI *Idus Octobres*, & *Indictionem decimam*; reliquarum tamen notarum genuinum ſenſum aſſequi me candidè nego; ad Severæ Epitaphium conſultiùs reverſurus.

§. VI.

CONJECTURÆ CIRCA SEVERAM. EA CERTE MARTYR. QVAM ÆTATEM VIXERIT?

DIcitur in eo: LEVCES FELIE SEVERE CARESSEME. POSUETE: ſcilicet FILIÆ SEVERÆ CARISSIMÆ POSUIT; ſubaudi, HUNC TITULUM. Ignores, utrùm ſepeliens LEUCES Pater ſit SEVERÆ Martyris; quod videtur innuere terminatio nominis maſculina; an potiùs ſit Mater LEUCE, quæ pro ætatis illius idiotiſmo, infrà examinando, §. XVI, vel caſus Patrii terminationem in recto, vel maſculinum ornamentum ſumpſerit. Fortè etiam nomen illi fuerit SELEUCE; ſed, per uſitatam blandimenti causâ aphæreſin, truncato nomine, LEUCE facta eſt: quod frequens in vulgaribus linguis, [3] obſervatur etiam aliquando in antiquis lapidibus. Nihil igitur de hac LEUCE exploratum: ſed & nihil exploratum de ejus Filia SEVERA. Fruſtra quis a me quærat, quænam tandem illa fuerit; quo mortis genere ſublata; quod (præter toleratum Martyrium) ediderit ſpecimen virtutis. Certè namque, ut multas SEVERAS Martyres memoratas invenerim in Hagiographis; nullam tamen reperi, quam

 cre-


[1] *Act. Sanctorum Julii Tom.* IV. *ad diem* XVII.

[2] *Vide Diſſertationem ad Tumulum Titi Flavii Clementis Martyris, pag.* 27.

(3) *Vide Plauti Truculent. act.* 3. 2. 20.

credere potuerim eamdem eſſe, atq; eam, quam inſcriptio memorat: vel quia præ furore perſequentium (quod ſæpe accidit) non potuerint ejus Acta colligi; vel quia collecta conflagrarint in immani illo Diocletianeæ proſcriptionis incendio [1]. Fortaſse etiam alicubi latent, ac prodibunt aliquando. Prodibunt certè ea die, qua Fidelis ille Retributor, quem Severa confeſſa eſt coram hominibus, illam confitebitur coram Angelis Dei.

Nolim tamen diſſimulare ſuſpiciones quaſdam mihi obortas ex viſo antiquo Chriſtiano lapide Muſæi Albani, cujus ſuprà memini §. III. pag. 9. Conjeci nimirum, aut veriùs conjici poſſe putavi ex eo lapide, memorari ibi Severam hanc eamdem, de qua loquimur. Quòd ſi, ut conjiciebam, ità eſſet; ex eo lapide haberetur, eam nuptam fuiſſe cuidam Aurelio Sabutio [2], cum quo ſeptemdecim ipſos annos vixiſſet, ſuperſtite per decennium ejus conjuge; cujus Epitaphio deinde fuerit inſcriptum, quòd ſortitus comparem adeò celebrem, cum ea feciſſet annos tam multos. En ipſam inſcriptionem, implexam paululum, atq; obſcuram. [3]



Cre-

(1) Prudent. Περὶ Στεφ. Hym. de SS. Hem. & Chel.
„ *Chartulas blaſphemus olim*
„ *Nam Satelles abſtulit;*
„ *Ne tenacibus libellis*
„ *Erudita ſæcula,*
„ *Ordinem, tempus, modumque*
„ *Paſſionis proditum,*
„ *Dulcibus linguis per aures*
„ *Poſterorum ſpargerent.*

(2) *Nuptam fuiſſe* Severam *potiùs, quàm Virginem, docere videtur etiam epitaphii Severiani ſilentium: Neque enim Virginitatis laudem commemorare omiſiſſet epitaphii Scriptor, quam Chriſtiani, æquè atque Ethnici, in titulis ſepulcralibus celebrabant, quẽadmodum Fabrettus docet; de Chriſtianis quidem cap.* VIII. *ab Inſcr.* XLIII.*, de Ethnicis verò cap.* III. *ab Inſcr.* XIX. *& cap.* IX. 54. *Adde Fabrettianis exemplis, & hoc Ethnicum, ex titulo inedito Muſæi Kircheriani.*

lllllllllllll ATVME NNIA
GALIAE. L. LAIS
VIXIT. ANN. XVIIII.
VIRGO.

(3) *Duo ſunt in hoc Epitaphio, præter*

Credere par eſt, Inſcriptionem hanc loculo Aurelii ipſius Sabutii fuiſſe appoſitam: ſed non ſola hæc Inſcriptio ibi appoſita videtur: Neque enim hæc integrum ſenſum facit; neque hujus lapidis longitudo, infra pedes quatuor protenſi, ſufficit claudendo loculo, ad humanum cadaver excipiendum excavato. Cum verò Tabulam aliam (quam appoſitam loculo eidem fuiſſe oportet) deperditam Foſſorum incuriâ, examinare non liceat; ſolùm conjectandi relinquitur locus; fuiſſe in ea fortaſſe fuſiùs expreſſa prænomen, conditionem, ætatem, ac diem depoſitionis Aurelii Sabutii ibidem ſepulti; ex quibus lux etiam daretur intelligendis iis, quæ confusè deſcripta in reſiduo hoc lapide videmus. Verùm, etiamſi in Tabula deperdita ſolum ſepulti nomen (1) ſculptum fuiſſe fingamus; e. g. ſic;


ter characteres, obſervatu digna. Inſtrumenta ſcilicet, quæ in lapidis parte ſiniſtrá picta ſunt, & areola illa ſub inſtrumentis excavata. Eam quidem aream crediderim continuiſse ſymbolum aliquod, aut monogramma, aut ornamentum muſivo opere expreſſum, quod deinde vetuſtate fatiſcens, deciderit. Nam huic ſimiles areolas muſivo ornatas in aliis cœmeterialibus ſaxis, intra cœmeteria ipſa Romana obſervavi: De inſtrumentis verò iis quæſtio eſt paulò magis implexa; cum non ità obvium ſit divinare, quid ea ſibi velint. Mihi quidem conjicere libet, textoria inſtrumenta hæc eſse, ex eorum genere, quibus antiqui utebantur, cum ſtantes telam texerent; & non pectine, ſed ſpathâ ligneá, ſubtemen ſurſum verſum impellerent: Quod antiquis mulieribus in uſu frequenti fuiſse docet Ferrarius in Analectis de re Veſtiaria, cap. XIII, *Caſaubono, & Salmaſio laudatis. Adeſt ſanè in Epitaphio additum inſtrumentum, quod ſpathen credas. Comparet curioſus Lector inſtrumenta hîc expreſsa cum inſtrumentis iis textrinorum, quæ Illuſtriſsimus Ciampinus refert inter* Vetera Monumenta, & *ex Ciampino Montfauconius in* Antiquitate illuſtrata; *ac, niſi fallor, mecum ſentiet. Difficiliùs dicam, quid textoria hæc inſtrumenta in Epitaphio ſignificent. Fortaſſe ſymbolica ſunt; ut exprimatur, quod Rex ille ajebat*: Præciſa eſt, velut a texente, vita mea; dum adhuc ordirer, ſuccîdit me (*Iſaiæ* 38.12.) *Fortaſſe etiam artem ſignificent* AVRELII *hujus* SABVTII. *Quid ni autem ex inſtrumentis hiſce argui poſſit, eumdem eum eſſe, ac* AVRELIVS *ille* SABBATIVS *Martyr, cujus mox Epitaphium afferam; in quo pectines ad lanam pectendam expreſſi ſunt? Fortaſſe demùm (ſi velis) inſtrumenta hæc ad* SEVERAM *alluſerint, quæ velut Mulier illa fortis* (*Proverb.* 31.) quæſivit lanam, & linum, & operata eſt: *ſed hoc longè petitum, ubi non ejus epitaphium, ſed mariti Aurelii Sabutii ſculptum eſt. Negotium præterea mihi faceſſunt ſimilia his pectinibus ſymbola, quæ vidi Tuſculi, in Epitaphio hominis, qui arte* STRUCTOR *dicitur, ut proinde poſſit illis nihil eſſe cum textrina commune.*

(1) *Nolim nimiùm conjector eſſe: nimis namq; pronum eſt labi, ubi plus æquo, ingenioſis ac novis conjecturis animus indulget. Cæterùm, ſi liceret ſemel tranſire verecundiæ fines, dubitarem, eam Inſcriptionis partem, quæ hîc deeſt, eſſe illam, quæ in Figuliná inciſa, aſſervatur ſimul cùm* AVRELII SABBATII *Martyris corpore in oppido* .... *Præneſtinæ Diæceſeos, & ità ſcripta eſt.*

AVRELIVS

SABVTIVS


CVM CVM VIXIT. SEVERA. SELEVCI
ANE. CVM AVRELIO SABVTIO ANNIS
DECE ET SEPTE IMP. PROEO AVG. III. ET NONIO
PATERNO BIS CONS QVOT VIXIT IN SECVLO
ANNIS TRIGINTA ET DVO ET MENSES DVO IMP.
CLAVDIO AVG ET PATERNO CONES



reliqua deinde clariora ſunt. Legere namque tunc licet: AURELIUS SABUTIUS *hic jacet*. CUM EUM [1] (plebejo idiotiſmo ad exprimendum CUM EO) VIXIT SEVERA SELEUCIANA, *ſcilicet* CUM AURELIO SABUTIO ANNIS DECEM, ET SEPTEM. *Ipſe Sabutius deceſſit*, PROBO AUGUSTO TER, ET NONIO PATERNO BIS CONSULE (*Anno Chriſti* CCLXXIX) *Superſtes Severæ Conjugi annos decem*; QUOD *Severa* VIXIT IN SÆCULO ANNOS TRIGINTA, ET DUOS, ET MENSES DVOS: *Obierat enim* IMP. CLAUDIO AUGUSTO, ET PATERNO CONSULIBUS, *anno Chriſti* CCLXIX.

Ità legi, atque intelligi vel debere, vel poſſe, hanc Inſcriptionem, nemo (ut arbitror) unus inficiabitur. Ea verò ſubolet mihi neſcio quid de noſtra SEVERA Martyre. Ac ſanè de SEVERA aliqua, tunc temporis in Eccleſiaſticis Faſtis celebri, hic ſermo eſſe videtur: quandoquidem inter mariti SABUTII decora notatur, quòd CUM EUM vixerit SEVERA SELEUCIANE ANNIS DECEM, ET SEPTEM. Quid ni credamus, eam, quæ ex implexa hac Inſcriptione elucet, SEVERÆ famam, obſcurum eſſe aliquod Martyrii ab ea ante decennium tolerati indicium? Verſabantur iſta tunc in omnium memoria, & ſermonibus. Habemus clarè expreſſum nomen SEVERÆ, quæ SELEUCIANA cognomento dicitur; vel etiam, ſi mavis, agnomine. Agnomen autem hoc a materno LEUCÆ, vel SELEUCÆ nomine derivatum eſſe, facilè credi poteſt: quandoquidem (ut obſervavit Fabrettus) [2] non rarò nomina derivativa Filiorum, nomen maternum referunt. Conveniret itaque & Filiæ SEVERÆ nomen, & SELEUCAE Matris: quare in utroque lapide eamdem Severam laudari crederes. Conveniret præterea utrobique enunciatus annus, quo Severa deceſſit; Claudio ſcilicet, ac Paterno Conſulibus. Ætas quidem SEVERAE conjugis, quam refert lapis Aurelii Sabutii, differt fortaſſe aliquantulùm ab ætate, quam SEVERAE noſtræ epitaphium narrare videtur. Verùm hoc non admodum me moveret, ſi in numero annorum tantùm diſcreparent epitaphia: neque enim idoneum eſt teſtimonium Severianæ epigraphes; cùm detriti ibi, atque evanidi characteres divinationi potiùs, quàm lectioni locum relinquant, ut mox videbimus. Sed illud turbat, quòd menſes utrobique

AVR
SABBATIVS



Sed video bolum difficilem eſſe, qui deglutiatur, diverſitatem illã qualem qualem nominis SABBATIVS, *a nomine* SABVTIVS. *Non itaq; audeo eruditis viris conjecturam hanc proponere, niſi cum aliqua trepidatione.*

[1] Intoleranda barbaries *dicitur a Fabretto, cap.* IV. *ad Inſcr.* XXX. *uſus ejus formulæ*, CVM QVEM. *Barbariem tamen illam conſuetudo familiarem fecerat, ut ibi multis exemplis docet Cl. Auctor.* CVM CVM, *eſt in Epitaphio Tigridis apud Bold. pag.* 459.

(2) *Inſcript. Cap.* IV. *pag.* 319.

que enunciati penitùs non conveniunt: Nam in titulo SABUTII clarè dicuntur MENSES DUO, ſupra annos triginta, & duos; cum contrà epitaphium SEVERAE, characteribus maximè vividis, menſes undecim diſertè notet; ΕΔ ΜΗϹΩΡΩΝ XI. Nil itaque profectò certi in re tam dubia. Neſcias utrùm erraverit alteruter ex epitaphiographis in annotanda ætate SEVERAE, quæ cæteroqui Herois eadem utrobique ſit; an potiùs duæ ſint diverſæ SEVERAE, ſynchronæ illæ quidem, ac tum temporis in Urbe celebres apud Chriſtianos; nunc autem fermè ignotæ.

Atque his quidem, quæ hactenus de SEVERA diſputavi, plus tribui nolo, quàm quantum ſuſpicionibus eſt tribuendum. Illud tamen extra ſuſpicionem quamcumque eſſe debet, factum ab ea pro Chriſtiana religione martyrium: id quod teſtimonio certiſſimo comprobatur inventi ad ejus loculum cruenti Calicis vitrei. (1) Quem quidem Calicem inventum ibi fuiſſe credent injurato mihi literati Viri, quibus perſuaſum erit, nolle me, in re tam gravi, ſine ulla præſertim utilitate, mentiri. Credent, & publicis Tabulis ſignatis ab integerrimo Viro, & Romanis item, exteriſque notiſſimo, Canonico D. M. Antonio Boldetti, Protonotario Apoſtolico, qui graviſſimo ſuo teſtimonio (2) confirmata voluit, quæcumq; circa hujus Martyris inventionem narrata a me ſunt. Id verò tanquam exploratum habendum eſſet in hac rerum luce; nimirum ſignificari martyrium ab hujuſmodi Vaſis, quæ in antiquorum Chriſtianorum cœmeteriis ſæpè inveniuntur ad caput ſepultorum poſita, vel intra ipſum loculum, vel extrinſecùs agglutinata: Res namque eſt ità multis experimentis fulta, ità validis demonſtrata rationibus; ut vel hominibus ab Eccleſiæ Romanæ communione alienis, dummodo vel maximè imperiti, vel præfractè temerarii non ſint, perſuaſum de ea fuerit. Quæ Godefridus Leibnitius ad Illuſtriſſimum Raphaëlem Fabrettum hac ſuper re ſcripſerit, Fabrettus ipſe narravit (3); addiditq; narratis doctas, ut ſolet, atq; efficaces rationes. Fuſiùs deinde hanc explicavit controverſiam Cl. Boldetti (4); cui quod addere poſſis, vix reperias. Liceat tamen, & mihi hic brevi digreſſione aliquid promere, præter ea, quæ obſervaverunt Scriptores hi doctiſſimi; & ſymbolam meam, pauperem illam quidem; ſed, ut puto, non inutilem, (quemadmodum receperam) (5) conferre.

Certum illud in primis eſt, Vaſcula hujuſmodi, quæ ad aliquos Cœmeteriorum loculos appoſita inveniuntur, ſanguinem olim continuiſſe. Hoc evincunt chimica illa experimenta Leibnitii: hoc oculi ipſi teſtes cruſtarum, etiam nunc poſt tot ſæcula rubeſcentium, negare non poſſunt; hoc dicunt inventi aliquando characteres, inſcripti jam olim calci adhuc recenti, quæ continendis his Vaſculis adhibita fuerat: Ibi enim & SANG, & SA ſcripſerunt interdum antiqui Chriſtiani; ut relatis fideliter ex Boſio (6) imaginibus eorum Vaſculorum, quibus illæ notæ adſcriptæ erant, oſtendit Boldettus (7). Effuſum autem a Martyribus fuiſſe ſanguinem, qui in Ampullis his continetur, duo ſunt argumenta, quæ probant: Alterum quidem ex hiſtoriarum teſtimonio ductum, ex quibus docemur, ſollicitos maximè fuiſſe antiquos Fideles, ut fluentem e vulneribus

ribus

(1) *Vide dicta* §. I. *pag.* 3. *&* §. II. *pag.* 8.

(2) *Refertur teſtimonium hoc poſt Diſſertationem ipſam.*

(3) *Inſcript. Domeſt. cap.* VIII. *pag.* 556.

(4) *Oſſervazioni ſu' Cimiterj lib.* I. *a cap.* XX. *& deinceps.*

[5] *Pollicitus namq. hæc ſum* §. II. *pag.* 8.

[6] *Boſio Roma Sotterran. lib.* III. *cap.* 23.

[7] *Boldett. Oſſer. lib.* I. *cap.* XXXIX. *pag.* 167.

ribus Martyrum ſanguinem colligerent; Alterum verò, quod tum Hiſtoria, tum ratio ſuppeditat; ex quibus eruitur, eorum tantùm, qui martyrium paſſi fuiſſent, non verò aliorum, ſanguinem fuiſſe aſſervatum.

Ac primum quidem argumentum fuſè perſecutus eſt in nuper laudatis Obſervationibus Boldettus (1). Neque verò ſcio, quid ad tam certa, tamque multa antiquorum teſtimonia reponere valeant, qui diſputatione prudenti, & quæ honeſtos homines deceat, rem agere volunt. Sanè in ſinceris Sancti Cypriani Actis, quæ Ruinartius habet, [2] narratur de Chriſtianis, qui ejus martyrio aſtiterunt; *Linteamina verò, & manualia a Fratribus ante eum mittebantur*; ad excipiendum ſcilicet ſanguinem, quod in Actis aliis clariùs exprimitur: *Linteamina, & oraria ante eum ponebant, ne ſanctus cruor defluens abſorberetur a terra*. Similia de Chriſtianorum ſollicitudine, circa ſparſum in vepretis Sancti Hippolyti ſanguinem narrat Prudentius. [3]

Palliolis etiam bibulæ ſiccantur arenæ;
Ne quis in infecto pulvere ros maneat.
Si quis & in ſudibus recalenti aſpergine ſanguis
Inſidet, hunc omnem ſpongia preſſa rapit:
Nec jam denſa ſacro quidquam de corpore ſilva
Obtinet, aut plenis fraudat ab exequiis.

Ex quibus ultimis verbis illud etiam certò infertur, collecta fuiſſe hæc, non ut ſervarentur ſolùm; verùm etiam ut Martyris Hippolyti loculo inferrentur. Et quidem, ſpongiolam unam, ex iis quas ad hunc uſum Chriſtiani adhibuerant, vitreo Vaſi incluſam reperit anno MDCCXIV, ad Martyris ſepulcrum, in Cœmeterio, quod ad Clivum Cucumeris dicitur, M. Antonius Boldettus (4). Aliam verò, inter ſacra antiquorum Chriſtianorum cimelia, quæ in Muſeo Kircheriano ſervantur, vidi, intra ampullam chryſtallinam, in qua, ad Martyris alius ſepulcrum adhærente, inventa fuerat, quam eidem Muſeo donaverat Antiquarius celebris, Franciſcus Ficoroni.

Accidit præterea aliquando, inventas fuiſſe ejuſmodi cruentas phialas ad ea ſepulcra, in quibus Martyrem contineri aliunde conſtabat. (5) Sic in Cœmeterio Oſtriano adhærebat vaſculum ſanguineum ſepulcro PRIMITII, quem titulus ſepulcralis, POST. MULTAS. ANGUSTIAS. FORTISSIMUM. MARTYRA, nominat [6]. Sic etiam Sepulcro Sanctorum Vitalis atque Agricolæ Martyrum ſanguis eorum illatus fuerat: quare magnus ille Ambroſius, de eorum inventione loquens, [7] *Collegimus*, inquit, *ſanguinem triumphalem*: idemque de Sanctorum Gervaſii, ac Protaſii ſepulcro narrat, inventa ibi eorum *Oſſa integra, & plurimum ſangui-*

(1) *Lib.* I. *a aap.* XXVII. *deinceps*.
[2] *Act. ſincer. Martyr. pag.* 218.
[3] Περὶ στεφανῶν *Hymn. II.*
[4] *Narrat ipſe hoc in ſuis Obſervationibus lib.* I. *cap.* XXXI. *pag.* 149. 150.
[5] *Anno proximè elapſo* 1733. *in Cœmeterio Calliſti detectus eſt loculus vaſe ſanguineo notatus, & ità ſcriptus*:



MAR-

[6] *Vide Boldettum pag.* 56. & *Aringum, Romæ ſubterraneæ lib.* III.
[7] De Exhortatione ad Virgines.

guinis. Sanguinem autem illum, qui inventus eſt, phialis, vaſculiſque contineri neceſſe fuit; cùm jam, diſſoluta membrorum compage, corpora Martyrum in cineres, atque oſſa reſoluta eſſent; ità ut eorum Reliquiæ inter varias Eccleſias diſtribui potuerint. Quòd autem de Martyrum horum Sanguine diximus, de Sancti Nazarii ſanguine eſt etiam certius. Narrat enim Paulinus in Ambroſii Vita [1] *Viſum .... Sanguinem Martyris ità recentem, quaſi eo die fuiſſet effuſus*: cùm tamen Nazarii corpus corruptione diſſolutum eſſet, ſi caput tantùm excipias. Adde aſſervatum etiam nunc, Neapoli, Martyris Januarii ſanguinem: Adde vas vitreum inter Oſſa Flavii Clementis, Viri Conſularis ac Martyris, inventum anno MDCCXXV. in Clementinæ Baſilicæ (ad Montem Cœlium) ara principe: Adde innumera propemodum Vaſcula hujuſmodi [2] per antiquas Italiæ, quin & Europæ lipſanothecas; quæ omnia dolo malo ſuppoſita fuiſſe, & non ab antiquis appoſita ad loculos Martyrum, nemo unus vir prudens, atque honeſtus ſuſpicabitur. Res itaque exploratiſſima eſt, quæque in dubium revocari, præterquam temerè, nequeat, ſolitos fuiſſe primorum ſæculorum Chriſtianos, ſanguinem e Martyrum vulneribus defluentem colligere, ac diligenter recondere.

Reſtat igitur, ut oſtendamus, Martyrum tantùm, non autem aliorum etiam paſſim Chriſtianorum, ſanguinem ab antiquis fuiſſe aſſervatum. Ac illud quidem opinor ultrò κριτικώτεροι quilibet concedent, non fuiſſe inter Chriſtianorum mores, ut eum etiam ſanguinem religioſè cuſtodirent, qui venâ fortaſſe a Medicis excisâ, ægro alicui detraheretur. Hoc namque affirmare & ridiculum planè eſt, & omni caret antiquitatis teſtimonio; ac præterea falſum eſſe oſtenditur ab eorum ſepulcrorum numero, quæ Vaſculis hiſce notantur; præ iis, quibus appoſitæ non ſunt hujuſmodi phialæ. Quot enim ſunt (quantumvis multi ſint) ii loculi, quibus adhærent cruenta hæc Vaſcula; ſi cum iis innumeris comparentur, quæ hoc præconio carent? Num rara adeò fuit priſcis temporibus φλεβοτομία, ut vix inter millenos quoslibet ægrotos, uni vel alteri homini vena pertunderetur? Ne igitur inſaniamus, dicendum, βιοθανάτων tantùm collectum fuiſſe a Chriſtianis ſanguinem, eo temporis tractu, quo Cuniculis hiſce cœmeterialibus uſi ſunt ad ſepulturam. Hos autem, quos mors violenta rapiebat publica auctoritate, vel ſceleratos fuiſſe neceſſe eſt, vel Martyras: neque enim video quidnam tertium eſſe poſſit. Certiſſimum autem illud eſſe puto, non fuiſſe a Chriſtianis collectum ſceleſtorum ſanguinem: Quî enim ſceleſtis mortuis communicaſſent ii, qui eos viventes ab ſua communione ſemovebant? Quin imò crediderim, neque admiſſa ab iis fuiſſe, ut deponerentur in Cœmeteriis, eorum Semi-Chriſtianorum cadavera, qui Deo ſervire voluiſſent, & Mammonæ: quod & Tertullianus, gravis in paucis & antiquus auctor, ſatis indicare videtur [3]. Tantùm abeſt ut honorifico hoc ſigno, & quod Martyribus aliquibus appoſuerant, voluerint ſceleſtorum loculos diſtinguere. Neque verò credendum, voluiſſe Eccleſiam præconio hoc dignari eos ſaltem impios, quos pœnitentiâ ſuſceptâ migrantes agnoſcebat pro ſuis: ne commune faceret cadaveribus non ità meritis ſignum illud, quo Martyrum ſuorum loculos honeſtare ſolita erat, ut ſuprà oſtendimus. Reſtat igitur ut dicamus ſolos Martyres honore hoc a Fidelibus priſcis exceptos; eorumque tantùm ſanguinem fuiſſe collectum

[1] *Vide & Ambroſii Vitam a Baronio ſcriptam*.

[2] *Sanguinem S. Bonifacii Martyris in antiquo Altari S. Alexii, in Aventino, aſſervatum, docet inſcriptio antiqua, inter Donianas Claſſe* XX. 86.

[3] *Apolog. c.* 44.

ctum, qui vel pro doctrina tradita tuenda, vel pro virtute aliqua evangelica, mortem oppetiiſſent.

En igitur quam firmis argumentis SEVERAM noſtram, inter Mulieres fortes, quæ Chriſto teſtimonium pulcherrimum dederunt, reponendam dicamus. Clamat, effuſum ab ea pro religione ſanguinem, Calix ille grandis, ad loculi caput appoſitus; quem in tanta ſæculorum antiquitate, in tanto hiſtoricorum ſilentio, pro mille teſtibus facere, prudentes quique homines credent. Atque utinam colligi, ac ſervari potuiſſent Oſſa digniſſima virilis Feminæ! Ea verò [ut omnia ferme Corpora, quæ in Thraſonis ac Saturnini Cœmeterio reperta ſunt] ità exſiccaverat arena, in qua excavati ſunt loculi earum plerumque viarum; ut deperditâ omnino partium texturâ, tactui non reſtiterint, ſed vix attacta, in pollinem tenuiſſimum reſoluta ſint.

Dum hæc ſcriberem, en aliud pro SEVERÆ Martyrio recentiſſimum, ac validum argumentum, e Cœmeterio Saturnini. Cùm enim foſſores, Novembri elapſo 1733, eò miſſi ab Eminentiſſimo Card. Urbis Vicario, amovere humum cœpiſſent, qua occupabatur crypta proxima loculo Sanctæ SEVERÆ; inter alia quæ detexerunt digna obſervatu epitaphia, hoc invenerunt, in quo mentio fit cujuſdam Stratonices Neophytæ, quam maritus Aurelius Imerius ſepelivit IC TO AΓΕΙΟΝ ΜΑΡΤΥΡΙΝ (fortè εἰς τὸ ἅγιον μαρτύριον) ſcilicet *in Sancto Martyrio* [1] ſeu, *in Sancto Martyrum loco.* Vide in appoſita Tabula 2. barbarè conceptum, ſed piè ſcriptum hoc epitaphium, cum iiſdem omnino mendis apographi, quod excerptum fide ſumma ex ipſo lapide, eruditus amicus ad me Roma tranſmiſit. Lapidem namque ipſum, ad poſteritatis memoriam, D. Canonicus Boldetti affigi juſſit in Pronao Sanctæ Mariæ trans Tiberim; ubi non paucas inſcriptiones, ſive ſacras, ſive profanas in Cœmeteriis a ſe inventas, eruditioni publicæ dedicavit. Neſcio, an ita interpretari poſſim incultum epitaphion

Verſ. 1. *Aurelius Imerius cum filio meo Getha.* Hic jaceo
2. *Poſtquam vixit cum me* ſuo *Viro*
3. *Stratonice Neophyta, exivit e ſæculo.*
4. *Illius* ætas acta *bene ac modeſtè*, fuerunt *anni triginta.*
5. *Et depoſui* eam *in Martyrio precatus* CUM PACE [2]
6. *Et recordatus illius erga me modeſtiæ, &*
7. *quinque* [3]
8. *annorum quinquaginta*
9. *Feci bene cum Filio meo, & requievit*, vel, obdormivit.


Animadverte in hoc epitaphio poſitas arbitrariò vocales, diphthongos; earumque poteſtatem (ut Grammatici loqui ſolent) penitùs neglectam: Vide confuſum, ac nubilum ſenſum in annis ætatis ſuæ, ſuæque conjugis enumerandis; in quo etiam Sabutiani epitaphii, ſuprà allati, caliginem imitatur: Verùm præcipuè vide, ſepultam ab Aurelio STRATONICEN IN MARTYRIO, ſeu *in loco Martyrum*. Cùm autem non alios Martyras in hac, & in proximis cryptis, invenire ſit, præter eos, quos propter appoſitum cruentum vaſculum Martyres fuiſſe dicimus; neceſſe eſt, SEVERAM, atque eos alios, quorum loculis, ejuſmodi Vaſa adhærebant, Martyres dicamus; quorum pretioſa λείψανα nomen loco fecerint, ΜΑΡΤΥΡΙΟΝ.

Quantum ætatis hæc SEVERA vixerit, non liquet ex Epitaphio; evaneſcentibus, ac detritis characteribus numeralibus, qui annos ab ea factos inter

[1] *Videatur Magri in Hierolexico V.* Martyrium

[2] Ideſt, *precatus illi pacem.*

[3] Scilicet, *annos* LV *feci bene cum filio meo, poſt quos requievi &c.*



Lapis inuentus in Cœmeterio Sancti Saturnini Viâ Salariâ. Seruatur Romæ ad S. Mariæ trans-Tib.

inter mortales exprimebant. Habemus ibi & annos,& menſes,& facilè etiam dies indicatos,poſtremis iis vocibus ΛΝ.ΝΟΥ. ω.ΡωΜ.ϚΔ. ЄΔΜΗCωΡωΝ XI. ΔЄϒΡωΝ [niſi fortè ſit ΔЄΧΡωΝ]x. Primâ,ac monſtroſâ Vocē ΑΝΝΟΥ'ω.ΡωΜ in quatuor partes ita diviſam, legi oportere Annorum, nemo non videt. Neque verò modica habenda eſt gratia Scriptori Epitaphii, quòd elegantiùs, quàm pro ſui temporis phraſi locutus, ΑΝΝΟΥωΡωΜ potiùs poſuerit, quàm Annoro. Quam vocem anomalam penitùs, & amuſam, ſuprà vidimus in Epitaphio Paterni §. III. pag. 13. infrà etiam aliquando videbimus; & præterea ſæpe obſervamus in titulis chriſtianis, a Boldetto, & Fabretto relatis. Qui autem in Epitaphio ſequuntur, fugientes aliquantulùm characteres ϚΖ; reliquis vel extritis, vel non adſcriptis; non ita facilè, ac tutò explicari poſſunt.

Quandoquidem verò in rebus obſcuris conjectatio nes non ſunt negligendæ, poſſumus, ductu lucis illius tenuiſſimæ, quam præbet Sabutianus lapis, ſuprà relatus pag. 28, legere TRIGINTA DUORUM. Primus enim ille character, evanidus ſatis, Ϛ, non immeritò credi poſſet monogramma, in quo literæ T, & P ſimul coaluerint ad ſignificandam vocem τριγίντα. Qui verò ſequitur character Ζ, literam initialem referret vocis Δύω, quam græciſſans notarius pinxiſſet, pro quarto charactere Græcorum Δ. Difficilè evincet quis rejiciendas penitùs eſſe has conjecturas, ubi ſermo eſt de Inſcriptione Latina, notis Græcis expreſsa. Quòd ſi quis malit notas illas non eſſe initiales vocum Latinarum, ſed numerales, ac putas Græcas, longè abibimus ab eo annorum numero, quem Aurelii Sabutii titulus diſertè loquitur.

Si enim ſigla illa, ſeu ſint monogrammata, Græcorum more interpretari oporteat, legerim in illis non illibenter Sexdecim. Primus quidem character magnam habere videtur ſimilitudinem cum charactere Ϛ; quem pro ſexto numero poni conſueviſſe apud Græcos indiſcriminatim, ac apud Latinos ſæculi deterioris, argumentis clariſſimis evicere CC. VV. Mabillonius [1], ac Fabrettus [2]; ac nuper, literatorum Italorum decus, Marchio Scipio Maffejus [3]. Itaque non imprudenti conjectura credi poteſt, etiam hîc, ubi numerales notæ apponendæ erant, per eam literam numerum ſextum ſignificari. Reſiduus verò ille obelus jacens, cui imminet diagonalis tenuiſſima Ζ, ſubolet mihi characterem quartum Græcorum Δ, qui appictus ibi fuerit ad numerum denarium ſignificandum; vel ad denotandam vocem Decem, quæ fortaſſe tota ibi ſcripta fuerit characteribus græcis ΔЄΚЄΜ, licèt modò, iis detritis, tota non appareat. Niſi ego in hiſce conjecturis fallor, jam uterque character ætatem Martyris notabit, quæ annos ſexdecim nata, mortem obierit. Neque verò removet me a tam tenera ætate tribuenda Severæ Martyri magnitudo ejus oſſium, in loculo inventorum: cùm non rarum ſit, etiam ætate nondum adulta, adoleviſſe ſtaturam corporis: quotidie enim videmus Pueros, ac Virgines, proceriore corporis habitu, quàm ætas ipſorum poſcere videatur.

Sed ſi cui non ſapiat explicatio data; atque in epitaphii notis numerum annorum copioſiorem legere ſe poſſe putet; non repugnaverim. E For-

---


[1] *Artis diplomaticæ lib.* II. *cap.* XXVIII. *num.* 12.

[2] *Inſcriptionum domeſtic. cap.* VII. *pag.* 540.

[3] *Iſtoria diplomatica pag.* 112. *Videndus & Hadrianus Relandus in Præf. ad Faſtos Conſulares; ubi de charactere* Ϛ *pro num.* VI. *eruditè diſſerit.*

Fortaſſe enim poſt characterem Ϛ pingere voluit imperitus Scriptor literam Λ, qua numerus trigeſimus ſignificaretur, more Græcorum : illi autem elemento, per ſolennem negligentiam, appinxit ſubtenſam lineam, qualis pingitur in charactere quarto Δ. Fortè etiam palæographus fuerit hic Scriptor. Agnoſcit certè figuram ∠ pro Λ, P. Montfauconius in Palæographia Græca [1]; aitque reperiri in marmore Baudelotiano, & in numo Dancles. Addat his, qui volet, Epitaphium Severæ. Si enim alicui fortaſſe arriſerint opiniones hæ, tenues atq; exſuccæ, jam Severæ Martyris ætas, a lapide indicata, dici poterit annorum ſex ſupra triginta ; quæ quidem ætas magnitudini ſceleti inventi apprime congruit.

Demum, ne quid omittam, quod ad illuſtrandam numeralem illam notam ∠ conferre aliquo modo poſſit, affero hîc titulum Ethnicum, quem vidi Romæ, apud Puellas *Mendicantes*, in cujus area ſiniſtra (dextera enim nullis eſt characteribus ſcripta) habetur eadem nota numeralis, de qua quærimus, præfixo denarii numeri charactere, ſic I∠. Cæterùm ità informibus literis ſcriptus eſt, ut non audeam illum legere: neq; enim poſſum mihi blandiri, divinaſſe me ſenſum tituli, qui ariolum requirit, aut Œdypum, non Davum.



Notæ reliquæ, ad ætatem Severæ Martyris facientes, non quidem elegantiores, ſed fortaſſe clariores ſunt. Enunciant, Menses xi, in quo, ut vidimus, immanè diſcrepat ab epitaphio Sabutiano epitaphium Severæ. Tum ſequuntur characteres nihili ΔεϐρωΝ x, in quibus facilè elucet vox Latina Dierum x.[3]. Subdubitabam autem, utrùm plures ibi voces legere oporteret, Græcè partim, partim Latinè, ſic Δ. ε; Dierum Quinque (*vel* ΕΞ, *vel* ΕΠΤΑ.) ϐρωΝ, *vel* ΧΡΩΝ, x; ſcilicet Horarum Decem. Barbara namq; ſcriptio locum dat cuilibet ſuſpicioni. Præterquam quòd conſueverunt ea ætate Chriſtiani pariter, atq; Ethnici non raro, etiam vitæ ho-

[1] *Lib.* IV. *cap.* X. *pag.* 335.

[2] *Titulus hic, ut ex duplici area ad nomina ſepultorum deſtinata patet ; ſuperpoſitus fuit Columbario alicui, Ollas duas mortuales continente. Quòd autem una tantùm parte ſcriptus ſit, id inde eſt, (ait Fabrettus Inſcr. lib. primo, pag.* 53) quòd ipſæ ollæ... vacuæ... incerti cadaveris oſſa præſtolabantur. *Vide eum locum, ubi & titulum hunc refert, ſed parùm diligenter exſcriptum. Vide & Gorium in Columbario Libertorum Liviæ.*

[3] Diorum xii *eſt in titulo Quartinæ apud Boldettum pag.* 469.

horas in Epitaphiis notare; ut Fabrettus obſervavit [1.2] Lapis chriſtianus, ante annos plus minùs ſeptem, erutus e Cœmeterio Sanctorum Procelli, & Martiniani.

ZENVARIA BIRGO PVELLA QVE
VIXIT ANNOS XVIIII. MES. DVO. D XXVII. OR. IIII
ſic

Fragmentum Lapidis cœmeterialis in Muſæo Kircheriano.

NIAE· PROBAE COIVGI
IME QVEVIXIT· ANN XI
II·D·XVIIHORVIIAN·
/S· CVCCVRVS MA·
S. FECIT



En & aliam ethnicam inſcriptionem indidem, cum notatis vitæ horis, cumque excavata in medio patera ad lacrymas, & libationes excipiendas pertuſa; prout ii tituli ſunt, de quibus Fabrettus Inſcriptionum Cap. 11.

D . M . S
MODIAE . IVCVNDÆ
FECIT. MODIA· FLORE
NTINA. FILIAE
PIENTIS SIMAE
VIXIT ANNIS. VIIII
MENS. XI. H. VIII
SIBI. ET SVIS. POS
E
R O

Addatur & hoc Fragmentum e Cœmeterio SS. Proti, & Hiacynthi.

D
ſic
ILARITATI ME
ſic
INNOCEENTIAE EIV
ANNV ET MENSES
ORAS TRES

Eorum

E 2 § VII.

[1] *Lib.* 11 *Inſcr. Domeſt. pag.* 96.

[2] *Fragmentum Græcum, undique diffractum, in pavimento Baſilicæ S. Clementis in Monte Cœlio, hæc habet ſigla conſpicua, ad tempus indicandum:*

M·Z·H·IA·ϢΡ·Θ

ſcilicet (*ut reor*) μῆνας ζ', ἡμέρας ιά, ὥρας θ': Menſes VII, Dies XI, Horas IX. *Videtur autem eſſe Epitaphii fragmentum, cùm ibi legantur verba*, θυγάτρι καλλίςῃ γονεῖς Filiæ pulcherrimæ Parentes.

(3) *Dolium hic exculptum, inter ea referendum videtur, de quibus Boldettus obſervationum lib.* 1. *cap.* 33. *pag.* 163, *& ſeq.*

§. VII.

EPITAPHIUM SEVERÆ, APPICTUM MARMORI, NON INSCULPTUM.

ET hæc ſunt, quæ ad hiſtoriam, aut Chronologiam aliquo modo ſpectantia, omitti non debuere, cùm de SEVERÆ Martyris epitaphio ſermo eſſet. Nunc itaque gradus faciendus eſt ad aliquas animadverſiunculas ſuper eclogio eodem; quæ cum antiquam Ἠθολογίαν propriè reſpiciant, ad Philologos potiùs pertinent, quàm ad Hiſtoricos. Ac primò quidem, illud eſt in Severiana Inſcriptione obſervandum, eam non inciſis marmori characteribus ſcriptam eſſe (ut vulgò antiqua Epitaphia ſcribi conſuevere) ſed notis conſtare in marmorea Tabula depictis, minio, vel cinnabari, etiam nunc bene rubeſcente, ac longam ſæculorum ferme quindecim ætatem ſuperante. Neq; enim ibi quidquam deſideres, præter literas aliquot in penultimo verſu; quæ non vetuſtate temporis evanuere; ſed vel tranſeuntium attritu, vel lapidis lapſu, de quo §. 1. pag. 4. narravimus.

Non infrequenter quidem in Chriſtianorum cœmeteriis epitaphia inveniuntur literis minio tinctis, præſertim ad ſepulcra Martyrum: Inveniuntur etiam aliquando in monumentis Paganorum: Sed ſculptæ plerumque ſunt primùm notæ, ac lapidi impreſsæ graphio, vel ſcalpro; mox rubricá ſuperinductâ coloratæ. Rariùs autem vel atramento, vel alio coloris genere, marmoreis, aut figlinis tabulis inſcriptæ literæ ſunt, quin priùs inſculperentur: Non tamen id exemplo caret.

Refert namque Illuſtriſſimus Fabrettus (1) Inſcriptiones aliquas, a ſe inventas in Cœmeterio Caſtuli; quæ penicilio, non ſcalpro, tabulis fictilibus, ac marmoreis fuerant commiſſæ. Epitaphium item chriſtianum Puellæ Fructuoſæ, characteribus auro exaratis, non autem ſaxo inciſis, conſcriptum, fuit diu apud D. Horatium *della Valle*, Patritium Romanum, quemadmodum narrat P. Aringus [2]. Atramento pictam epigraphen ſepulcralem ipſe ante annos novem vidiſſe me memini in Cœmeterio Sancti Hermetis; quam tamen, utpote humo fœdatam a Foſſoribus, legere neglexi. Similiter ſcriptum epitaphium atramento tectorio in tabula marmorea, aſſervatur in Seminario Romano, unà cum corpuſculo Sancti Florentini Pueri Martyris, quem, tanquam Patronum, venerantur ſub domeſtici Sacelli Ara, Adoleſcentes illius Seminarii. Illud verò, a me ex ipſa Tabula deſcriptum, ſic habet.

FLORENTINO QVI VIX·:·.
AÑVMMESV·:·. DVIII

Cinnabari ſcriptas epigraphas, characteribus non inciſis, inveniſſe ſe in Romanis Cœmeteriis narrat Boldettus [3]. Antonius autem Boſius [4] refert inventum a ſe in Cœmeterio Cyriacæ Viá Tiburtiná, titulum hunc, rubricâ ſcriptum ſuper tectorio. VA-

[1] *Inſcript. Domeſt. Cap.* VIII. *pag.* 579.
[2] *Romæ Subterraneæ Lib.* IV. *Cap.* 37. *pag.* 126.
[3] *Oſſervazioni su' Cimiterj Lib. II. cap. I.*
[4] *Roma Sotterranea Lib. III. cap.* 41.


☧ VALENTINI

Alibi etiam [1] idem Scriptor refert Salutiæ,ac Victorinæ Epitaphium, minio ſcriptum, in pariete Cœmeterii Priſcillæ. Fragmentum cœmeterialis epitaphii, rubricà picti in Tabula marmorea, aſſervatur in Muſæo Collegii Romani Soc. Jeſu. Ita habet:

IVLI ANOANIME INNOCENTISSIME
QVI VIXIT AN XXVIIIIINPACE

Referam infra §. VIII epitaphium Metileniæ Rufinæ, ac Filii ejus Emelii, Martyrum, inventum ante paucos annos in Cœmeterio SS. Thraſonis, ac Saturnini. Et illud ſcriptum erat minio, ſupertectorio picturis rudibus exornato; characteribus non antè inſcriptis calci ipſi.

Quin, & carbone tantùm notatum in figulina Tabula nomen Martyris Irenes inveniſſe ſe in Cœmeterio Priſcillæ teſtatur Boldettus [2]. Similes hujuſmodi inſcriptiones,opere tumultuario exaratas,vidit in Cœmeterio Sancti Thraſonis (ut mihi narrabat) D. Canonicus Marangoni; qui addebat, detectum die 26. Martii 1732. loculum Chriſtianæ mulieris, cujus nomen carbone bis expreſſum erat in duabus Tabulis figlinis, ſepulcrum claudentibus, ſic. *Tab.* 3.



Ex

[1] *Roma Sotterr. Lib. III. cap.* 61. *pag.* 534. *pag.* 436. Videndus etiam *Lib. II. cap. primo*.

[2] *Oſſervazioni Lib. II. cap.* VIII.

Ex quibus eruitur, non obviam quidem, ſed neque inuſitatam, fuiſſe epitaphia ponendi rationem apud antiquos Chriſtianos, ea tantùm inſcribendo fictilibus aut marmoreis Tabulis, quibus ſepulcrales loculi claudebantur. Si in re penitùs arbitraria locus eſſet ullus inveſtigandi, quare hoc ità factum ſit; dicerem, poſitas inſcriptiones haſce tumultuarias eo potiſſimùm tempore, quo ſævientibus Ethnicis contra Eccleſiam, neq; artifices ſuppetebant Chriſtianis, neque otium, ad conſignandas diligentiùs marmoreis, vel doliaribus tabulis defunctorum ſuorum memorias. Verùm hæc conjectura, fortaſſe vera, veræ tamen minùs ſimilis erit, ſcientibus, etiam Paganos aliquando pictis tantùm, non etiam inciſis, titulis ſepulcralibus uſos fuiſſe.

Mos autem ille antiquiſſimus fuit; & veterum Etruſcorum, a quibus ad Romanos dimanavit, ut arbitratur Cl. Gorius [1]. Ejus verba recito. *Romanos ab Etruſcis noſtris didiciſſe puto, qua ratione titulo in ævum duraturo inſcriberent fictilia Vaſa, atramento tectorio: nam frequenter apud noſtrates effodiuntur veteres Etruſcorum fictiles Urnæ ſepulcrales, titulis inſcriptæ, vel ex atramento, vel e colore rubro, tam vivido, ut heri, aut nudius tertius ſcriptæ videantur: qui tituli haud facilè ſpongia deleri poſſunt.* Ac ſanè in Tomo primo (*Pag.* 275.) Antiquarum Inſcriptionum, quæ in Etruriæ Urbibus ſunt, idem Scriptor eruditiſſimus arculam fictilem affert e Muſæo Cerretanorum; characteribus Etruſcis ſcriptam, atramento pictis. Alia facilè exempla congeret V. C. in ſecundo Tomo, qui jam impreſſus, dudum geſtit in lucem prodire. Ibi fortè narrabitur de invento, paucos ante annos, in ſuburbiis Politianis, tribus ab ea Urbe milliariis, hypogæo ſepulcro; non ſanè ità amplo, verùm Urnis fictilibus, partim etruſcè, partim latinè ſcriptis; Ollis cinerariis, aliiſque antiquis monumentis inſigni. Eſt apud me inventarum ibi rerum deſcriptio: Inter eas nominatur Urna fictilis, ſella curuli anaglyphi operis ornata; additis ex atramento characteribus latinis.

SEX. ARRI. CEZTES [2]

Ut jure poſſit vetuſtiſſimis illis Etruſcis adjudicari mos ità ſcribendi ſepul-

(1) *In Præfat. ad Inſcript. Donianas pag.* LXXXIV.

[2] *Peregrinitatem Etruſcam ſapit cognomen illud* CEZTES, *poſt prænomen, ac nomen Romanum* SEX. ARRI. *Eamdem ſermonis externi ruſticitatem præfert Urna alia fictilis, item latinè ſcripta, quæ ibi reperta eſt, habens Gorgonis caput, medium inter geminas Columnas, ac duas Cupreſſus cum characteribus,*

SET-RE.CEZARLE.LR.I.

Quod nomen erat etiam ibi ſcriptum in Tegula fictili, poſitis tamen duobus II, loco Vocalis ſecundæ, ſic:

SIITHRII. CIIZΛRTII. LR. I

Hinc dubitari poſſe videtur, utrùm abuſus duplicis elementi II, pro E, ſæpè occurrens in antiquis Lapidibus, originem habeat Græcanicam, quod Fabrettus docuerat [Inſcript. cap. v. pag. 397.] *an potiùs Etruſcam. En & alias Tegulas ibi repertas, impolitè ſcriptas.*

THNI Λ. SIVN Λ II

CAINVO

CHILOMIINA
S [illegible] TRI Λ

pulcralia Elogia. Admiſere morem Romani: quorum ſi non ità multæ inveniuntur Inſcriptiones eo modo pictæ, inde præſertim eſt, quòd vulgus rude Foſſorum, nihil de his ſolicitum, quæ ignorat in pretio futura apud eruditos, negligit, projicitq; quæcumque tandem hujuſmodi monumenta inter fodiendum detegit. Cæterùm, nomen Ruſtitii Servi, atramento tectorio ſcriptum in fictili laterculo, retulit ex Muſæo Victorio nuper laudatus Gorius [1]. In eodem Muſæo Victorio vidi ego, atq; exſcripſi fragmentum græcæ inſcriptionis, tectorio appictum, characteribus candidis, areà purpureà. Referam hic autem characteres illos, quantumvis mutilos.

ΩΙΗΡΩΙΘΕΣΑ ΝΤΟΔΕΠΑ
ΟΝΕΔΟΣΚΑΥΜΕΝΟΥΔΩ
ΓΕΝΕΙΗΣΑΝΤΙΤΑΔΕΙΣΒΙΟ
ΙΞΑΜΕΝΩΙΑΡΕΤΑΣΕΙΝΕ
ΛΟΓΟΣΩΙΣΘΕΝΑΡΗΓΥΜΝ
ΙΡΟΤΕΥΤΕΒΙΗΝ

Inter rariora Muſæi Kircheriani cimelia picturæ aliquot vetuſtæ aſſervantur, ex antiquis parietinis erutæ; quæ raræ, ac magnificandæ Romani artificii reliquiæ, laceræ quamquam, ac mutilæ; temporis tamen edacitatem adhuc ſuperſtites vincunt. Debet earum pleraſque Muſæum illud induſtriæ, atque amori Equitis Hieronymi Odam; cujus eruditione ac diligentia factum eſt, ut hoc, atq; alia, non pauca, neque obvia, antiquitatis monumenta Muſæo illi acquirerentur. Una autem ex vetuſtiſſimis hiſce picturis, ad ornatum antiqui ſepulcri poſita, retinet adhuc hominis ibi tumulati imaginem, inter flores, atq; ornamenta; ac præterea nomen, coloribus expreſſum, hoc pacto.

C N
C. L

Eam Muſæo ſuo ablatam, voluit in Kircheriano Muſæo utilitati confluentium dedicare Franciſcus Eques Victorius, Patritius Florentinus; quiq; Senatoris Petri Victorii, Gentilis ſui, doctrinam, & bene de literis merendi ſtudium feliciter æmulatur. Quod ſi ſepulcrales alias epigraphas ethnicorum, ità ſcriptas, quis quærat, unam atramento pictam ſuper calcem, inventam in ſepulcreto profano Villæ Corſinæ, legere poterit apud Fabrettum [2]. Alias etiam ab aliis memoratas, non erit fortaſſe difficile reperire.

Et iſta quidem ſepulcralia. Inſcriptam præterea atramento Diotam antiquam protulit ex Muſæo Victorio idem Gorius, illuſtravitq; *a pag.* LXXXI. *Præfationis ad Inſcriptiones Donianas*; ubi etiam laudavit titulum rariſſimum, quem, in Collo antiquæ Amphoræ fictilis, atramento ſcriptum inveneram anno 1731. Romæ in noſtro horto Aventino; refoſſum ab Operis, a quibus, inter excavandum altiores foveas ad arborum paſtinationem, antiquarum domuum rudera cum ferme integris vetuſtis hypo-

[1] *Columbar. Libertorum, & Servorum Liviæ pag.* 59.

[2] *Inſcr. Cap.* x. *pag.* 748.

hypocauſtis, tum etiam crypto-porticus adhuc ſtantes, & conchyliis ornatæ, opere eleganti, detectæ ſunt. Ab ea proinde Inſcriptione hîc referenda abſtinerem, niſi amanuenſis incuriâ ſecundus ejus inſcriptionis verſus, aliter exceptus, atque in autographo eſt, fucum feciſſet Viro eximio, civi meo, atque amico ſuaviſſimo, qui de teſtæ hujus fragmento diſſerens, honorificentiùs etiam de me locutus eſt, quàm veritas pateretur. Operæ pretium itaque erit hîc rurſus exhibere chirographon vetuſtiſſimum, quale, vivido adhuc atramento ſcriptum, apparet in Muſæo Kircheriano Collegii Romani, ubi illud publicæ eruditioni ſervandum depoſui. *Tab.* IV.

Tab. IV. Pag. 42.



Ant. Bona ſc.

Nihil

Acclamationem contineri in hac inſcriptione optimè expendit Cl. Gorius. Quod FABRILES *hîc nominatos putaverit eſſe Figulos Amphorarum, ingenioſè dixit, eruditè probavit. Cæterùm videtur etiã eſſe poſſe nomen Familiæ, quæ* Fabrilium *dicta ſit. Nulla namque neceſſitas cogit* FABRILIOS *ſcribere, non* FABRILES; *ubi non de Gente aliqua, verùm de Familia tantùm ſermo eſt. Latinè dicimus* CICERONES, *&* MARTIALES, *&* APRILES, *&* VITALES, *& ſexcenta alia ejuſmodi cognomina, quæ* FABRILIBUS *iſtis patrocinabuntur.*

Nihil autem hic deeſſe videtur, contrà quàm Cl. Gorius ſuſpicatus fuerat; qui abſens, in errorem inductus eſt ab exceptore incauto, repræſentante poſt vocem MARCELLAE literam N; atque ante vocem FELICITATE appingente eadem magnitudine literam A cum puncto, quaſi reſiduam vocis alicujus; cùm tamen utrobique, ad ornatum tantùm, appoſitæ ſint duæ lineæ angulum facientes, longè minoris altitudinis, quàm reliqui characteres.

Laudatæ antiquorum Œnophororum inſcriptiones, rariſſimæ eatenus, ac fortaſſè ſolæ, vix non, inopino quodam caſu, eviluerunt. Rem paulò fuſiùs (utpote placituram viris eruditis, quibus antiqua, quantumvis minima, in pretio ſunt) narrare hic libet. In eo collis Cœlii clivo, qui Euro-Auſtrum reſpicit, atq; interjacet Lateranenſi Baſilicæ, & muris Urbis, refodi cœpta ſunt, per aeſtatem anni MDCCXXXII, rudera quædam antiquorum parietum, in vineis, & hortis Laterano propinquis ſepulta; ut materia lateritia ſuppeditaretur extruendo ſacello magnifico, quod in honorem Sancti Andreæ Corſini erigebat in Conſtantiniana illa Baſilica SS. D. N. Clemens XII. Inventa ibi inter effodiendum ſunt, præter expectationem, Columnarum ac marmorum pretioſorum fragmenta multa, Alabaſtrina, Porphyretica, Spartana, Numidica. Refoſſa inde pariter eſt Cathedra marmorea anaglypha, Etruſci (ut putatur) artificii; fabulis, ſive hiſtoriis ignotis exculpta; ac præterea Statuæ Græci operis, inter quas una exquiſitiſſimi artificii, Cererem referens; ac Protomæ Imperatorum antiquorum; diſtractæ illæ quidem, & inter ruinas membratim divulſæ; ſed quæ etiam reſtaurari facilè queant. Inſcriptiones etiam votivæ [1] PRO. SALUTE. ITU. REDITU. ET. VICTORIA. IMPP. CAES. L. SEPTIMII SEVERI &c., in duabus antiquis aris inſculptæ; ibi inventæ: Tubi plumbei ad Balneas, & Salientes, characteribus (ut plerunque accidit) extantibus notati: alia denique multa antiquæ munificentiæ analecta; quæ oſtendunt, eam Collis partem nobilibus ædificiis inſignem fuiſſe, Romano Imperio florente. In Tubis illis plumbeis, majoribus, minoribuſque, has ego inſcriptiones deprehendi, non inutiles fortaſſe ad ætatem, qualitatemque ædificiorum eorum conjectandam.

(2)

MOPELLIMACRINIPRPRCV

MOPELLIDIADVMENIANICR

[1] *Abſtineo ab illis hic ex integro referendis, cùm eas Diſſertatione erudita illuſtratas vulgaverit Romæ anno elapſo* 1733. *D. Abbas Ridolphinus Venuti. Solùm obſervo, inventam fuiſse etiam, ante duo ſæcula, ad S. Joannis in Laterano, inſcriptionẽ votivam,* HERCULI. INVICTO. ET. DIBUS (*ſic*) OMNIBUS. DEABUSQVE. SACRAM. PRO SALUTEM (*ſic*) IMP. . SEPTIMI. SEVERI, *quam Gruterus refert pag.* XLVI., *aitq; in ea Baſilica ſervatam*, litera declinante, & malè compacta *ſcriptam, ut & duæ nuper inventæ.*

[2] *Ad eos* OPELLIOS, MACRINUM, *ac* DIADUMENIANUM, *qui imperium tenuere poſt Caracallam, facilè*

STATIONIS PATRIMONI AVGGNN

AVRHILARVS ETAVRGAIANEPRE·.·.


Sed nullum e tot monumentis refoſſis antiquariorum curioſitatem æquè ſuſpenſam habuit , ac ingens numerus ingentium Amphorarum fictilium , ad Vinum (ut creditur) continendum deſtinatarum , quæ ibi inventæ inter aggeſtas cœmentorum ruinas Foſſorum patientiam laſſarunt : ità ut , poſt aliquot centenaria eorum ex humo educta , cùm longè major earum numerus ſupereſſe videretur ; Redemptores, avidum lucri , negligens eruditionis genus, tædio feſſi aliò operas utiliùs collocandas cenſuerint ; & relictâ , rurſumque defoſsâ ſterili hac Urnarum ſtrue , intra ambitum eumdem Vinearum, atque Hortorum, ædificia alia vetera , actis foveis inquirere occeperint . Urnæ autem iſtæ diotæ , anguſto collo , ventroſæ cæteroquin , ac patulæ (prout eas imago addita repræsẽtat, *Tab*. v.) bipedali diametro protenſæ, omnes ferme inventæ ſunt ſcriptæ prope collum ; characteribus , ex atramento , aut deorſum vergentibus (ut apparet in C) aut jacentibus , ut vulgò ſolent ; & nomina diverſa exprimentibus : ut creditum ſit , cùm primùm illæ ſunt detectæ, copiam horum chirographorum ablaturam pretium jam dictis teſtis , Victorianæ , & Kircherianæ , manuſcripto charactere notatis. Verùm ubi accuratiùs perpolitæ fuerunt hæ Amphoræ ab adhærente pulvere , paucas admodum invenire licuit , in quibus characteres bene aſſervati eſſent , ac legi ſinè Delio aliquo natatore poſſent : Maxima namque pars corroſis calce notis , quibus inſcriptæ fuerant ; ubi aëri expoſitæ exſiccatæ paululum ſunt, vix veſtigium aliquod retinuere fugientium literarum. Aliquos tamen inde titulos ego exſcripſi; quos , neſcio quo fato, magnam partem deperditos doleo ; vix enim pauculos hoſce e pluribus, nunc in ſchedulis meis invenio .

A IMI-

cilè referuntur hi tubi . Fortè primus legendus eſt; M. OPELLII. MACRINI. PRÆFECTI. PRÆIORIO. CASTRIS. . VETERIBUS : *Secundus autem*; M. OPELLII. DIADUMENIANI. CASTRIS. RAVENNATIBUS , *ſcilicet* , PRÆPOSITI . *Videatur Fabrettus* cap. v, ad Inſcr. III. pag. 365. *Quid , ſi legamus etiam primi ultima ſigla*, CURATORIS URBIS; *ſecundi*, CURATORIS REGIONUM ? *Sanè* INGENUOS. A. REGIONIBUS. URBIS , *eorumq*; MINISTROS , *ab uſque Auguſti ævo memoravit nobis lapis*, *inventus anno* MDCCXXVI , *in ſepulcreto Libertorum Liviæ* .

Videantur Gorius, & *Blanchinus*. *Difficiliùs inveniemus* CURATORES URBIS *ante Severum Alexandrum , qui , Lampridio teſte* : Fecit Romæ Curatores Urbis XIV; ſed ex conſularibus Viris, quos audire negotia Urbana cum Præfecto Urbis juſſit; ità ut omnes, aut magna pars adeſſent, cùm negotia fierent . *In tertio Tubo nihil eſt difficile lectu : patet namque ultima legenda eſſe* AUGUSTORUM. NOSTRORUM . *Quartus mihi videtur ità legi poſſe*: AURELIUS. HILARUS. ET. AURELIUS. GAJANUS. E. PUBLICIS. REGIONUM, *ſcilicet* LIBERTI .

Tab V · Pag. 44 ·



Imago Diotarum ſictilium, Diametro bipedali, quæ inſcriptæ Dominorum nominibus, atramento pictis, refoſſæ ſunt in Monte Cœlio, propè Sancti Ioannis in Laterano · anno 1732 ·

AIMILII	INERVAF
DOCAECILIORVM	LCOSCONIVS

Non inutile eſſet examinare, qua tandem de cauſa aggeſtæ fuerint tam multæ Amphoræ, tam diverſis Dominorum (ut credere par eſt) nominibus notatæ, in uno Cellario; cujus deinde ruinâ oppreſſæ videntur. Ut mihi ſcrupulū hunc evellerem, diligenter locum ipſum, ac ruinoſas parietinas rimatus ſum: Verùm omnia quidem muta; nihil inde potuit extundi. Diligenter præterea conſului notas Figlinarum, quæ diotis ipſis inſculptæ erant, vel ſub anſis, vel ſupra illas, ubi *in Figura* literæ ſunt B. A. Credebam namque poſſe fortaſse inde aliquid luminis deſumi, ad amphorarum ætatem, præter propter, determinandam. Quod, ſi de earum fabrica loquamur, puto me aliquatenus aſſecutum; apparet enim e figulorum notis, eas plerumq; fabrefactas tempore eo, quod inter Domitiani, atq; Antonini Pii Imperium interjacet; ſed à ppictorum characterum, aut ruinarum, quibus amphoræ oppreſſæ ſunt, ætatem expiſcari omnino non licuit. En quas in Amphoris notas compendiarias impreſſas, ut plurimùm deprehendi:

1	2	3
SEX· IN	IVCVDI	CA/P'CAOD
LVTROPHM	LVTROPHM	BCCODV
4	5	6

Notæ poſitæ num. 1. & 2: nomen ſignant Figulorum, quos non inveni apud Fabrettum, aut alios Figlina ſigna referentes. Quæ numero 3. ſunt, ſi diſſolvantur, C A M D, fortaſſe-an ſignificat CÆCILIAM AMANDAM, Præpoſitam Figlinis veteribus AUG. N., ut liquet ex alio ſigillo copioſiore apud Fabrettum [1]: Reliquæ verò literæ extra monogramma, vel rurſus nomen *Cæciliæ* ejuſdem notant, [2] initialibus characteribus C A *Cæcilia Amanda*; quibus ſubduntur ſigla O D, dicentia, *opus doliare*: vel etiam notant officinæ nomen; puta CA*epionianam* [3] aut CA*eſaream*,

 aut

[1] *Inſcr. Cap. 7. 70. pag.* 501.

[2] *Hæc nominis repetitio exemplo non caret: vide apud Fabrett. cap. 7. inſcript.* 2[illegible]1. *pag.* 515.

[3] CAEPIONIANA *Officina nominatur in latere apud Fabrettum cap. 7.* 124, *p.* 506, *habente* Cos GLABRIONEM, & TORQUATUM, *qui proceſſere anno Christi* 124. CAMILLIANA *pag.* 52[illegible]

aut CA*ecilianam* , aut quid ſimiſe. Quid ſi primum Monogramma , in hoc 3. ſigillo, notaret CN. DOMITIUM AMANDUM, figulum notum ex aliis antiquis ſignis apud Fabrettum[1], & quæ ſequuntur ſigla , vel *Cæciliam*, ut diximus , fortaſſe Domitii Matrem ; vel CAecilianam figulinam ſignificarent?

Signa , poſita num.4 & 5, ex una eademq; officina ſunt. TROPHIMUM Figulum ibi legimus: ejus tamen prænomen , ac nomen , ſingulares tantùm literæ notant. LUCII prænomen facile eſt agnoſcere: Nomen verò, qui ſcire velit , ille divinus ſit oportet. Fuerit is fortaſſe L. VALERIUS, [2], aut L. VELLICIUS, aut L. VETUS: his enim nominibus appellatos Figulos aliquos dant nobis Figlinæ Fabrettianæ [3]. Neque rarus eſt in antiquis Inſcriptionibus neglectus iſte famæ poſthumæ , vel diſſimulato nomine , vel ſolis expreſſis ſingularibus literis. Lapis in Cœmeterio Sancti Hermetis, characteribus incultis,

M A K A P I

quem titulum legat, qui volet, veluti poſitum MACARIO alicui: mihi acclamationem ſapit, veluti ſi ſcriptum eſſet ; BEATE ! Lapis alius e Cœmeterio Sancti Urbani,

A N Δ P A

ſcil. VIRVM . MARITVM .

Fragmentum antiqui lateris, in Muſeo Kircheriano, hoc ſigno diſtinguitur;

ISC

quod, quia e Cœmeterio Baſillæ erutum erat ; dubitabam num JESU Chriſti nomen, ibi a Figulo aliquo Chriſtiano impreſſum fuiſſet, obſcuris iis notis: neq; erat imprudens ſuſpicio, cùm Figlinas aliquas Cruce [4], & monogrammate ☧, & aliis characteribus chriſtianis inſignes , ſæpe ſit invenire . Ibidem, in Lucerna fictili.

[5] C. O . R

Sub anſis Amphoræ fictilis, quam vidi in Agro Albano:

C L H

Ad-

---

[1] *Cap.* VII. *pag.* 515.

[2] *Quo nomine ſignatam bipedam inveni in ruinis Palatii.*

ſic

L. VALERI
SEVERVS



[3] *Cap.* VII. *pag.* 521.

[4] *Vide Fabr. cap.* VII *pag.* 502. 503. *Inſcr.* VI. VIII.

[5] *Ibi* C.Oppium Reſtitutum *latere credas ex hoc lucernæ ſigno, apud Fabrett. cap.* VII 278. *pag:* 518.

C OPPI . RES

Adde & annulum hunc æreum indidem; & σφραγῖδα hanc, pariter æream

Vide Tab. IX.  

ut mirum eſſe non debeat, ſi Trophimus hic nomen, ac prænomen, quod in libertate obtinuerat, ſub ſingularibus literis LV diſſimulaverit.

Quod numero 6. ponitur, ſignum, primo aſpectu difficile, quod legatur; re ipſa tamen non ita arduæ eſt ἀναλύσεως. Lego ibi plaſticas phraſes: Bruttidi. Oceanas.[1]Opus. Doliare. Vinarium. Bruttidius hic, prænomine Lucius, cognomento Augustalis, notus eſt ex aliis fictilibus tabulis, ætatis etiam charactere inſignitis. Ex una, apud Fabrettum, [2] habente notas, Cae N Paet Cos, eruimus Bruttidium præfuiſſe officinis figulorum Cæſareorum, anno æræ Chriſtianæ centeſimo primo; quo anno ſcilicet M. Ulpius Trajanus Auguſtus (ibi notatus per characteres caen) Conſul Quartùm proceſſit cum Sexto Articulejo Paeto. Ex alio verò ſigillo [3] ſignante Conſulatum Orfiti, & Priſcini, ſeu Priſcinæ, habemus Bruttidium, adhuc Figlinis præſidentem anno æræ Chriſtianæ cx, vel cxi; ſi anno cxi Priſcina, & Orfitus Conſules fuere, ut Panvinius credit. Officinas Figulares Cae*ſaris* N*oſtri* Oceanas Majores Minoresque nominant antiqua opera doliaria [4]: quibus præpoſitum Bruttidium narrant aliqua ex illis. Reliquorum autem ſiglorum ODV eſt obvia lectio: Opus Doliare Vinarium. Ætatem igitur Lateranenſium harum amphorarum non arduum fuit aliquo pacto dignoſcere, ſed circa characterum iis atramento adſcriptorum ætatem adhuc caligo. In Lateribus e diruta fabrica eductis, ſigna figulinarum calce obruta & corroſa, vix apparebant. Quare non ſolum ætas ruinæ, ſed neque ædificii, certò potuit inveſtigari. Tantummodo in bipeda minùs attrita, quæ inde educta fuerat, Faustinam Augustam legere mihi viſus ſum; ſic enim Verſibus in orbem diſpoſitis ibi impreſſum erat,

[5]

OPVSDOLEXPRFAVSAVGFIG

:.:˙:NTIAN:.:˙:ESTVS

Sed nihil hoc ſigno obſcurius (ut eruditi vident) ad tempus ædificii divinandum. Conjecturis itaque in re incertiſſima uti neceſſe eſt: ut proinde ſperem a Viris doctis veniam, ſi quando illis ſuſpiciones meæ fortè non arriſerint.

Stationem Militarem juxta hunc locum fuiſſe docere videntur lapides militares Votivi (*ſupra pag.*43.) ac Tubi plumbei, hic inventi. In his

[1] *Anomala iſta locutio Figulinam ſapit. Ità namque loquuntur antiqui lateres. Intelligenda ibi fortaſſe Præpoſitio* Ad; *quaſi diceret* Ad Oceanas *&c.*

[2] *Inſcr. cap.* vii. 69. *pag.* 501.

[3] *Fabr. cap.* vii *Inſcr.* xiii *pag.* 508.

[4] *Id. cap. eod. pagg.* 501. 518.


[5] *Opus doliare ex Prædiis Fauſtinæ Auguſtæ* (Majoris) *ex Figulinis Pontianis Feſtus.* Suppleta ex Fab. pag. 515. inſ. 220.

his namque & Statio Patrimonii, & Præfectus Prætorio M. Opellius Macrinus nominatur; in iis verò & Turma, & *Numerus Equitum Singularium*, & Milites ipſi nominatim recenſentur. Apparet præterea, in una ex hiſce aris, ſcriptum fuiſſe nomen Plautiani *Præfecti Prætorio* (ſub Imperatore L. Septimio Severo:) remanent namque characterum veſtigia, etiam poſt abraſas ſcalpro notas illas. Plautianus autem hic facilè etiam in ara alia nominabatur, cum filia Plautilla (Antonini Caracallæ uxore) ubi deleti ſunt tot characteres. Fortaſſe etiam hîc inventa fuit equeſtris Statua M. Aurelii Antonini Pii, quæ modò aream Capitolinam occupat. Eam enim in Vinea ad S. Joannis in Laterano repertam docet Illuſtriſſimus Joannes Ciampinus. Quid ni igitur dici queat, hîc Præfectum Prætorio habitaſſe, cum turma militum ad domûs cuſtodiam? Hoc ſanè veroſimile eſſe videtur. Quo ſemel poſito, Cellarium illud hypogæum, in quo tot Oenophora fictilia congeſta ſunt, uſui fuerit contuberniis militum, hîc ſtationem habentibus: Hinc in ſingulis Amphoris nomen diverſum; cùm ſinguli Milites dolio ſuo nomen ſuum adſcripſiſſent. Dirutis Terræmotu aliquo ædificiis, cùm & M. Aurelii Statua Capitolina, & Protomæ Cæſarum, & Statuæ hîc inventæ, ruinis obrutæ ſunt; minima cura fuit de Amphoris vinariis, quas Cellarium labens oppreſſiſſet. Itaque ad ſæcula uſque noſtra congeſtæ ibi permanſere, inter cœmenta, ac lutum, quod per rimas divulſi fornicis ſenſim penetravit; diffractæ partim, & comminutæ pondere molis ſuperincumbentis, magnam partem tamen integræ, ac ſolidæ; opere nimirum duraturo elaboratæ. Sed hæc, (quæ, non injuriâ, extra chorum ſaltata videri poſſunt) dicta ſunto; ut oſtenderem non adeò ſolitariam eſſe Severæ Inſcriptionem, marmori appictam potiùs, quàm inſculptam; cùm & Chriſtianis, & Paganis etiam, ſæculo ſecundo, ac tertio, fuerit uſitatum, atramento, minio, rubricâ, aut alio colorum genere inſcriptiones ſuas pingere tantummodo, quin priùs imprimerent marmoribus, parietibus, figulinis.

§. VIII.

ORNAMENTA SEVERIANO EPITAPHIO APPICTA.

REdeo ad Severæ Martyris inſcriptionem; quæ, lineis comprehenſa rubricatis, aream oblongam occupat; cui areæ ſpatia duo trigona appicta ſunt, ad ornamentum, & pulcritudinem. Hoc eodem trigonorum planorum ornatu ſæpiſſimè apud Ethnicos terminabantur tituli; ſive ii ſepulcrales eſſent, & ollis cinerariis præfigendi; ſive Votivi, & inſcripti Donariis; ſeu demum cujuslibet alterius generis; quod tritum, ac lippis etiam (ut dici ſolet) notiſſimum eſt. Ita, in arcu triumphali Divi Titi, ornati repræſentantur tituli captarum Urbium, quos haſtis præfixos gerunt, inter fercula triumphalia, milites laureati. Eo etiam linearum ductu clauditur formula dedicationis, in ara Votiva Herculi Valenti Victori (1), quam vidi in agro Tiburtino, apud Monachos Montis Oliveti.




Simi-

(1) *Refertur a Grutero p.* ccccxxiv. 8., *ſed omiſſo per incuriam ſcribentis, hoc dedicationis titulo.*

Similibus lineis incluſa eſt Inſcriptio Votiva Militaris, quam legi Romæ penes D. Marchionem Capponi, quamque hic refero, utpote ineditam.

M. COCCEIVS. ROGATVS
CORNICVLARIVS
IVLI. PROCVLI. TRIB
COH. X. VRB. EX. VOTO. FEC

Similibus item lineis cingitur inſcriptio Votiva MARTI. ET. FORTVNAE, quæ eſt in Tabella ænea literis argenteis, & refertur a Begero [1]; & Tabella Votiva ærea, quam FLORAE conſecravit TI. PLAUTIUS, DROSUS, apud Bonannum (2); & aliæ ſexcentæ. Non omnino ſororiant anſæ in lamella ærea molis minoris, quæ ſervatur item in Muſæo Kircheriano, quantumvis a Bonanno non referatur, utpote poſt impreſſum Librum acquiſita. Ea votiva non eſt; ſed parata videtur, ut penderet e Collo Servi alicujus (an [3] Fugitivi?) ex familia Anicii Probi, in cujus, & in Probæ Faltoniæ Conjugis (4) peculio fuit: apparet enim legendam: PROBI. ET. PROBES. NOSTRI. SERVUS. DE MASSA. CELLA. VINARIA. Verùm, dextera auris lamellæ hujus non τρίγωνος eſt, ſed in circulum deformatur, vel temporis vetuſtate, vel etiam artificis arbitrio. Demus illam teſtem antiqui moris circa uſum hujus ornamenti.



Magnitudinis hujus.

Nuſpiam verò frequentiùs triangulares hæ anſæ appictæ, quàm ſepulcralibus inſcriptionibus.Ità ſæpe ornare conſueverunt in Sarcophagis ſpatium illud medium, quod epitaphio continendo deſtinabatur. En hic


(1) *Theſaur. Brandeburg. Tom.* III. *pag.* 341.

[2] *Muſ. Kircher. reſtit. pagg.* 61. *&* 80.


(3) *Inſcriptiones, Fugitivorum collariæ incidi, vel Collo appendi ſolitas, vide apud Fabrett. Cap.* VII. *pagg.* 522. 523. *& apud Donium Cl. II.* 172. *&c.*


[4] *Conjugum horum imagines ex Boſii Roma Subterr. refert Grovovius in Theſauro Antiquitatũ Græcarum Tom. III. pag.* ...


hic pro ſpecimine, inter ſexcentas, quæ afferri poſſent, paucas aliquas inſcriptiones. Prima Ethnica eſt, e vetere Sarcophago in corte domeſtica Collegii Romani Soc. Jeſu. *Vide Tab.* VI.




Tab. VIII. Pag. 51.






ΕΝΘΑΔΕΚΕΙΤΕΜΝΙ
ΑCΕΑCΜΑΝΗΤΗC
CΟΦΩΝΚΑΙΠΑΤΗΡ
CΥΝΑΓΩΠΩΝ


ΕΝΘΑΔΕ
ΚΕΙΤΕΙΟΥ
ΙΙΑΝΟCΙΕΡΕΥCΑ
ΡΑΩΝΚΑΛ
ΑΡΜΕΙΩΝΥΙ
ΟCΙΟΥ ΙΙΑΝΟ
ΥΑΡΑΙCΥΝ
ΑΓΩΓΟΥ

Quæ ſequitur, *Tab.* VII. *num. primo*, Synagogam ſapit, quam nominat. Eam exſcripſi ex arca ſepulcrali, quæ Saxo Tiburtino cavata eſt in Parthenone Monialium Sanctæ Cæciliæ, ad Portam Portuenſem:

(1)

sic
ЄΝΘΑΔЄ ΚЄΙΤЄ ΜΝΙ
ΑϹЄΑϹ ΜΑΘΗΤΗϹ
ϹΟΦ ΩΝ ΚΑΙ ΠΑΤΗΡ
sic
ϹΥΝΑΓΩΓΙΩΝ

Patri Synagogarum addamus Archiſynagogi Filium, cujus item Epitaphium areæ ſimiliter anſatæ inſculptum eſt: non quia inedita ſit hæc inſcriptio, ſed quia ex lapide ipſo longè emendatior dabitur, quàm prodierit a Sponio, qui eam in ſuis Miſcellaneis deformavit (2); miſcuit enim arbitratu ſuo, ac diviſit verſus; mutavit literas, ut ſerviret orthographiæ: addidit in quarta linea characterum deletorum veſtigia, quæ tamen in marmore nulla ſunt; quodque audacius eſt, Agrippenſes quoſdam intruſit e penu ſuo, quos lapis nunquam agnoverat. Illuſtriſſimus Fabrettus e Sponio retulit hanc inſcriptionem (3), ſed cum iiſdem mendis: ignoravit nimirum, unde eam Sponius arripuiſſet. Eſt autem Romæ, in Cavædio Palatii DD. de Naris, ad Sanctæ Claræ; in fronte Sarcophagi, qui ſuppoſitus eſt fonticulo. Inde eam ego diligenter tranſcripſi, ac vix oculis meis credens, viris peritiſſimis legendam, conferendamque oſtendi; ne fortè decepiſſet me ſaxi ſuperficies, quam tamen accuratè priùs emundaveram a muſco, & ſordibus, quæ propter aquam perpetuò defluentem ei adhæſerant. En imaginem *Tab.* VII. *num.* 2.

Epitaphium ego hoc ſic legendum, intelligendumque cenſebam. ἐνθάδε κεῖται Ἰουλιᾶνος ἱερεὺς, ἀρχῶν καλύβων καρπίων, υἱὸς Ἰουλιάνου ἀρχισυναγώγου. *Hic jacet Julianus Sacerdos, Princeps circumciſorum Carpenſium, filius Juliani Archiſynagogi*; putabamque eos qui Geographiâ antiquâ delectantur, gratiam habituros non modicam Sarcophago huic, quòd *Carpenſes*, non ità notos nominaviſſet. Occurrebat etiam, poſſe *Carpenſes* illos eſſe e Civitate *Carpo*, quæ deinde ad Myſiæ Præfecturam pertinuit, uti habetur in Fragmentis Hieroclis Grammatici apud Emmanuelem a Scheleſtrate (4). Verùm conjecturas haſce deſtruit Stephani Byzantini auctoritas (5) qui in Bythinia fuiſſe ſcribit CALPEUSAS; quos & CALPINOS, & CARPEIANOS dicere conſueverint; quemadmodum, & Urbem CARPEIAM. Ut poſt hæc tam liquida, dubitari non poſſit, τὰ ΚΑΛΚΑΡΠΙΘΙΩΝ, quæ ſunt in Sarcophago, non de καλύβοις Καρπίοις, ſed de Καλπιεῦσι illis Καρπιανοῖς intelligi oportere.

G Jam

[1] *Hic jacet Mnaſeas, diſcipulus Sapientium, & Pater Synagogarum.* ΚЄΙΤЄ *pro* ΚЄΙΤΑΙ. ΜΝΙΑϹЄΑϹ, *facilè* ΜΝΑϹЄΑϹ. ϹΥΝΑΓΩΓΙΩΝ: *Pleonaſmo eodem, pro* ϹΥΝΑΓΟΓΩΝ, *niſi fortè ſit a* συναγώγιον.

[2] *Sect.* X. *pag.* 731.

[3] *Inſcr. Dom. Cap.* V. 248. *pag.* 389.

[4] *Tom. II. Antiquitatis Eccleſiæ, pag.* 720.

[5] *In lib.* Ἐθνικῶν, *ſeu* περὶ πόλεων, *è recenſione Abrahami Berkelii*: ΚΑΛΠΑΙ, πόλις Βιθυνῶν ..... τὸ ἐθνικὸν Καλπῖος .... Τινὲς δὲ αὐτοὺς Καρπηϊανούς, οἱ Καλπηνούς φασι, καὶ τὴν πόλιν Καρπείαν. *Similia habet* V. ΚΑΡΠΗΙΑ.

Jam igitur ad anſas Epitaphiis appoſitas me recipio, ut addam, non deſpexiſſe Chriſtianos morem Judæis, Ethniciſque communem, apponendi ornatum illum titulis ſuis ſepulcralibus. Ne multus ſim in re nimis; tria Chriſtianorum Epitaphia inedita, cum hoc ornatu, hic apponenda curavi (*Tab.* VIII.) Epitaphium Maximini, primo loco poſitum, deſumptum eſt e rudi anaglypho Muſei Kircheriani. Imago viri ſtantis cum Virga, prope modium frumento plenum, ex quo prodeunt ſpicarum manipuli, digna notatu eſt, utpote nec frequens in Chriſtianorum monumentis, nec ità facilis explicatu. Crediderim eſſe imaginem Chriſti, quem MAXIMINUS hic ſperat, redditurum ſibi e ſepulcro prodeunti, *menſuram plenam, confertam, coagitatam, & ſupereffluentem* (1). Fortaſſe etiam ſpicæ illæ alludunt ad *granum frumenti, quod cùm mortuum fuerit, multum fructum affert* [2]. Quod ſi myſticæ hæ interpretationes non placeant; (placuerunt autem antiquis Fidelibus, qui tam frequenter Symbolis uſi ſunt, alludentibus ad Evangelii parabolas) putare poſſis, per eum virum ſignificari Maximinum ipſum, ejuſque officium. Fuerit ſcilicet is unus e publicis Menſoribus; quos, *Menſores Cereris Auguſtæ*, dicebant: Hinc Virga, quam præ manu habet, Regula ſit, qua Menſores hujuſmodi utebantur, ad peræquandum in Modio triticum. Verùm hæc inſtituti præſentis non ſunt: Sola enim illa tituli conformatio conſideranda eſt modò in eo Epitaphio.


Secundum, quod in eadem Tabula appingitur, Chriſtianum epitaphium, eſt METILENIAE RUFINAE Martyris, ac filii ejus EMELII, item Martyris, ex Cœmeterio Saturnini. Hoſce verò Martyras, celebres fuiſſe in Eccleſiâ Romana, credi poteſt: Sepulcrum namq; illorum, non ſolùm cruentò Vaſe notatum invenere, qui Cœmeteriis præſunt; ſed & picturis undequaque exornatum. Placuit ex picturis iis hìc referre titulum minio pictum ſuper tectorio; & alatos illos duos Adoleſcentes, tunicatos, qui anſas tituli tenent, quales mecum e ſchedis ſuis communicavit D. Can. Marangoni, oculatus exſcriptor, ac Vir fideliſſimus.

Tertium in eadem Tabula VIII. Epitaphium expreſſi e Lapide ad Sanctæ Mariæ trans Tiberim; quem lapidem invenerat, anno MDCCXXVII, in Cœmeterio Cyriacæ D. Boldetti. Obſervare licet Puellæ hujus Antoniæ effigiem in Lapide, ac præterea ſculptam in appoſitis triangulis, hinc palmam, illinc Coronam. Simile quid huic Coronæ laureæ eſt rudi opere expreſſum in Trigonis epitaphii Severiani, quod illuſtramus: Neque ſine animadverſione prætereunda ſunt puncta illa, cordis figuram referentia, quibus ſimilia habet Lapis SEVERÆ.

Non poſſum autem mihi temperare, quin hìc apponam epitaphium aliud chriſtianum CALIMERAE Martyris, quod ad forulum, Vaſe ſanguinolento ornatum, invènit in Cœmeterio Sancti Hermetis, anno MDCCXXVII, D. Canonicus Boldetti. Vidi ego lapidem ipſum, ac dignum putavi, qui hìc referretur, propter appictas triangulares anſas clypeo illi, in quo Sanctum Chriſti Redemptoris nomen conſueto monogrammate exſculptum eſt.

CA.

[1] *Lucæ* VI. 38.   [2] *Joann.* XII. 24.



Et hæc quidem de ornamentis iis τριγώνοιν, quæ Severiano epitaphio appicta ſunt. Supereſſet, ut hîc, ubi ſermo eſt de παρέργοις hiſce, epitaphio additis, quædam opportunè obſervaremus circa ornamenta illa, cordis, vel folii figuram referentia; quæ quinquies in ipſa inſcriptione collocata; quater verò in angulis picta, difficultatem minùs peritis faciunt, aut arcani ſaltem alicujus ſuſpicionem ingerunt. Verùm, cùm jam multis, & eruditis argumentis rem confecerint Thomas Reineſius [1], ac Raphael Fabrettus [2], qui prudenter *genus interpunctionis* ibi agnoverunt, *libero, & idiotico Marmorariorum luſu adhibitum*; cùmq; omnium nuperrimè de characteribus hiſce, ex noviſſimè inventis lapidibus diſſeruerit D. Can. Boldetti [3], non hîc me oportet, rem jam in ſuo lumine collocatam, admotis facibus illuſtrare. Solùm igitur pauculas aliquas ineditas Inſcriptiones chriſtianas hîc addam, interpunctionibus hiſce ornatas (præter eas, quæ ſparſim tota diſſertatione afferentur) ut ſaltem monumentis non contemnēdis, & Lectori perito placituris, argumentum inſuave condiatur.

Primum, quod ſubdo, BELLINAE Martyris Epitaphium, cum Matronæ fortiſſimæ cineribus, eſt in eo domeſtico Sacello Collegii Romani, in quo Sanctus Aloyſius Gonzaga, emenſo aſcetici tyrocinii biennio, votis ſe religioſis obſtrinxit. Inventum fuit in uno ex Cœmeteriis ad Clivum Cucumeris, anno MDCCXXVII, duplici cruenta phiala notatum, aliâ quidem extra loculum affixâ; aliâ verò ipſi ſepulcro incluſâ. Vidi ſacra oſſa, ac veneratus ſum, etiam in ipſo Cœmeterio, ubi characteres epitaphii obſervavi, marmori cœruleo impreſſos; mox verò rubricâ tinctos, quemadmodum etiam nunc videntur:

CANDIDVS*
COIVGI SVI
BELLINE

* sic

 Et

(1) *Præfat. ad Syntagm. Inſcr. pagg. 7. & ſeq.*

[2] *Inſcr. Domeſt. cap.* III *ad Inſcr.* V.

[3] *Oſſervazioni ſu' Cimit. lib.* I. *cap.* 52.

Et, quod ſequitur Epitaphium, eodem anno, in eodem Cœmeterio inventum, laureatum eſt. Aſſervatur, unâ cum Septimii Heraclii Martyris oſſibus, ac ſanguine, apud DD. Gentili, Septempedæ [1] in Picentibus:

ΓEPTIMIVΓ ERACLIVΓ QVI VIXII ANNIΓ XLIII MEΓIII ❦
E I IVLIANE LICINIA COIVGI ΓVO CVM QVEM VIXIT
ANNIΓ XVIII MEΓΓ VI BENEMERENTI FECIT ❦

Recentiùs inventum eſt, Mercurii hujus, quod ſequitur, epitaphium. Prodjit ante duos annos e Cœmeterio Sancti Urbani, ſecùs Appiam; non procul ab Circo Gallieni, quem vulgò a Caracalla nuncupabant antiquarii, ante Fabrettum. Exſcripſi ex ipſo lapide:

MERCVRIVS ❦ QVI
VIXIT ❦ ANNIS III MENSES
XI DIES XXIIII ❦ D EC XI K
SEP

Deceſſit Vndecimo Kalend. Sept.

In horto Puellarum Mendicantium Romæ, non procul a ruderibus Templi Pacis Flaviæ:



LAVRENTI
INNOX ❦ PISCA
ROSE



[2]

Titulum ſequentem Macedonii, vidi apud D. Can. Boldetti: Sed ex quo Cœmeterio ſit erutus non memini:


FECIT MENANDER
DVLCISSIMO SVO
FRATRI MACEDONIO
ANN XXII ❦

In


[1] *Vulgò dicitur* San Severino nella Marca di Ancona.

[2] *An* Piscaroſæ *Filius?*

In Cœmeterio Sancti Hermetis exſcripſi ſequentem Rufii Chryſerotis titulum. Quid in eo Crux illa dejecta, quid illud Scalprum denotet, diu quæſivi. Fortè ſint inſtrumenta a Foſſoribus adhibita: Foſſores namque opus feciſſe inſtrumentis, in Crucis figuram compactis, ſcripſit Juſtinus Martyr [1]. Significarent itaque ruſticanam hominis conditionem. Fortaſſe verò ſignificent acceptam a Rufio Crucem ſuam, ut Chriſtum ſequeretur; ſecundùm id, quod Divinus ipſe Magiſter monuit [2]. Formulam ſanè hanc Chriſtianis uſitatam, Crucem. Accepit. d. n., exhibet pretioſa inſcriptio anni cclxviii, apud Boldettum [3]. Characteres tituli ruſſatos inveni:



Ibidem, Lapis loculo adhærens, characteribus penè detritis nitri voracitate:



Et hæc inſcriptio, quæ modò inter Muſei Kircheriani lapides ſervatur, a me fuit in eodem Cœmeterio lecta:

Q. FA-

[1] *Apologiâ ſecundâ. Græca ſunt:* σκαπανεῖς δὲ τὴν ἐργασίαν οὐ ποιοῦνται, οὐδὲ βαναυσουργοὶ ὁμοίως, εἰ μὴ διὰ τῶν τὸ σχῆμα τοῦτο ἐχόντων ἐργαλείων." *Foſſores opus "non faciunt, neq; itidem manuarii "artifices, niſi figuram hanc* [Crucis] *"habentibus inſtrumentis.*

[2] *Matth.* xvi. 24.

[3] *Obſerv. Lib.* 1. *cap.* xix. *pag.* 80.

sic

Q. FABIVS ƓAVDENTIVS . THLIAE
CONIVƓI KARISSIME IN PACE
QVE . FECIT MECVM ANNOS NOVE
ET DIES IIII

Ad Sanctæ Mariæ trans Tiberim hoc Amantii Epitaphium inveni, inter lapides cœmeteriales, ibi ad fabricæ uſum ſervatos in ædibus DD. Canonicorum:

AMANTIVS IN PACE QVI VIXIT
ANNOS N XXV MARITO DVL
CISSIMO FECIT


Et hoc, quod ſequitur, *breve in exiguo marmore nomen*, erat inter eoſdem lapides:

☧ VRSE IN PACE ☧

Breve etiam hoc fragmentum e Cœmeterio Sanctæ Baſillæ, ea interpunctione cardiaca notatur:

AGATOPI IN P
QVI VIXIT · ANNI

Sed ſi omnia pernumerare hic velim inedita Chriſtianorum epitaphia, quæ habeo, cum adpictis hujuſmodi cordibus, fruſtra moroſus ero. Opportuniùs alibi ea laudabuntur. Claudat igitur agmen Epitaphium duplex. Alterum quidem Florentii Martyris; quod cum Sancti hujus Pueri oſſibus vidi, Senis in Collegio Ptolemæo, erutum (uti memorabant nobiliſſimi illi Adoleſcentes) e Romano Cœmeterio Sancti Hermetis. Alterum verò mulieris Vettiae Simpliciae; quod a Muſeo Cardin. Gualterii tranſiit ad Muſeum Kircherianum. Utrobique enim corda hujuſmodi, artificio maxime


Tab. IX. pag.
I
FLORINTIVS
II.
D M S
LAEVIA · EIRMINA ·
MATER · VETTIAE ·
SIMPLICIAE · EILIAE ·
SVAE QVAE VIXIT AN
XIIII. MENSES · VI · MA
TER · FILIAE · INCON
PARABILI · EECIT · SIM
PLICIAE · QVAE DORM
IT · IN PACE
VIVAS
INDEO
III.
IV
CS
V.
VI.
VICTVS
LEBATE
LVDERE
NESCIS
DALVSO
RILOCV

ximè rudi, appoſita ſunt. Sed iſta modicum pretium addunt inſcriptionibus, digniſſimis, quæ magni fiant, etiam propter expreſſum, quamtumvis rudi opere, Symbolum illud Equi [1] properantis ad Metam. *Vide appoſitam Tabulam* IX. *num.* I. & 2.

In-

[1] *Video placuiſſe Chriſtianis priſcis Equorum imagines ſepulcris appingere. Aſſert duo Epitaphia Chriſtianorum, hujuſmodi ornatu inſignia, Cl. Fabretti. Ea ſunt, epitaphium* MARCIANI *Pueri* cap. V. 216., & AURELII PELAGIANI, *item Pueri*, cap. VIII. XV.

Equos ſolutos liberè paſcentes, vidi in antiquo ſubterraneo ſacello, quod MDCCXXVI *detectum fuit in Cœmeterio Baſillæ. Earum autem picturarum ectypon dedit, in Prolegomenis ad Anaſtaſii Tomum Tertiũ, Ill. Blanchinus; cui tamen inclyto Viro obrepſit ibi nomen* PRISCILLÆ, *pro Nomine* BASILLÆ.

Equos duos, Crucem mediam habentes, pictos fuiſſe in ſepulcro Sancti Valentini Epiſcopi, ac Martyris Interamnatis, narrant Tabulæ publicæ de ejus inventione; quæ legi poſſunt apud Boldettum, lib. II. cap. 3. pag. 335. *Ad* JUSTI, *vel* JUSTINI, *ſeu* JUSTINÆ *loculum, in Cyriacæ Cœmeterio, appictum fuiſſe Equum, vides in fragmento illo Epitaphii, quod retuli* § I. *pag.* 2.

Gemmas præterea; tabulas doliares, ac teſſeras ſculptas Equorum currentium effigie, in Cœmeteriis *inventas, habes in obſervatis à Boldetto* lib. I. cap. XL. pag. 215. & lib. II. cap. XIV. 506, *quo etiam capite* (quadrageſimo libri primi) *Epitaphium habetur* FELICULÆ VICTORIS, *inventum ab eodem in Calliſti Cœmeterio, cum inſculpto equo Palmato. Illud ſanè epitaphium pronum fuiſſet accenſere chriſtianis inſcriptionibus, utpote in Chriſtianorum cœmeterio inventum; niſi perſpicax Auctor narraret coopertum ac deformatum fuiſſe ab priſcis Chriſtianis calce ſuperinducta, quemadmodum conſueverunt cum marmoribus iis, quæ ex antiquioribus Ethnicorum monumentis translata, neceſſitate cogente, adhibere opus erat.*

Exigua diota chryſtallina, colore cæruleo, apud Senatorem Bonarrotũ (de qua & Fabrettus cap. IV. 168.) *in uno aliquo e Cœmeteriis Romanis inventa, tribus inſculptis equis, inſignis erat; quorum etiam nomina ibi impreſſa ſunt:* AEGIS. OIKOYMENH. ZEPHYRUS. *Si quis autem ſuſpicetur, non ſinè myſterio adhibitum fuiſſe a Chriſtianis* αμφορίσκον *hunc, quamtumvis origine ethnicum, præ phiala alia magis parabili, ad Martyris fortè alicujus ſanguinem continendum; is quidem, me judice, non abibit a vero: adeò enim multa ſunt, quæ imaginum hujuſmodi equinarum monumenta remanent in ſacris requietoriis; ut deditá operá à Chriſtianis uſurpatus credi poſſit.*

Quadrigas duas cũ aurigis, & equorum, eas trahentium, imagines obſervavit Antonius Boſius (Romæ Subterraneæ lib. III. cap. XXIII. 239.) *in fornice picto* Monumenti arcuati, *in Cœmeterio Priſcillæ. Quin & Circum, & bigas in eo currentes, ſculptas ſimul cum Chriſti effigie, ſub Paſtoris habitu, oviculæ ſuccollantis, vidi in Sarcophago Chriſtiano molis maximæ; qui ante ãnos duos inventus in Cœmeterio Sancti Urbani, ad hortos Corſinios translatus fuit. Prætereo Jumentum, deformatum in calce, qua claudebatur loculus* ONAGRI, *in Cœmeterio Calliſti; ut narrat Boldettus* lib. II. cap. VIII. pag. 428. *Fortaſſe enim imago illa* Onagrũm *referre debuit, ad ſepulti hominis nomen denotandum; quemadmodum &* SUS *ſculpta in epitaphio* PORCELLÆ, *chriſtianæ feminæ, apud eundẽ* (lib. II. cap. IV. 376) & Draco

Inſcriptionibus hiſce Chriſtianis multæ addi poſſent ab Ethnicis poſita, etiam inedita; quæ ornantur hiſce interpunctionibus. Verùm, ne videar (ut eſt in Proverbio) laureolam quærere velle in muſtaceo, & in re omnium maximè obvia, paginas exemplis inutilibus onerare; duas tantùm hic afferam, quibus evidens ſit: quod Reineſius, Fabrettus, ac Boldettus docuerant, arbitrarium fuiſſe Scriptoribus, & quadratariis uſum characteris, cor imitantis; quem cordolio ſignificando epitaphiis appictum fuiſſe, non pauci, neque contemnendi Scriptores fuerant opinati. Primo igi-

---

co *in epitaphio* AURELII AGAPITI DRACONTII (ib. cap. v. 386) *ad ſepulturam nomen alludunt. Prætereo item quadrigas cum Elia Propheta, & currus Pharaonis in antiquis picturis, ac Sarcophagis Chriſtianorum: Hiſtorica namque illa ſunt, non ſymbolica. Neque conſiderabo Equos, & Equites, inſculptos Arcæ porphyreticæ, quæ S. Helenæ Auguſtæ corpus continuiſſe creditur, ac modò in Laterano aſſervatur: de qua videndus Ill. Ciampinus in libro* de Ædificiis Sacris a Conſtantino M. extructis. *Fortaſſe enim Auguſta Heroide antiquior illa arca, nihil Chriſtiani habuit, præter corpus ibi depoſitum.*

Opportuniùs fortaſſe laudari poſſit Equi imago, unà cum animantibus variis, ad Orpheum audiendum properantis; quam pictam in Cœmeterio Sancti Calliſti extitiſſe, teſtatur Boſius, Rom. ſubt. lib. III. cap. XXIII. pag. 239. *Sed & hæc, & alia fortè non pauca, equinarum imaginū Exempla omittamus, quæ poſſēt inveniri in monumētis Chriſtianis, ſi otio abundaremus. Satis nāque allatis exēplis oſtendimus, placuiſſe priſcis Chriſtianis Equorum imagines ſepulcris appingere.*

Quid autē illæ ſibi velint, non ità mihi promptū eſt dicere. Circū, & currentes bigas in Sarcophago, de quo nuper mihi ſermo erat, ſignificaſſe credō dignitatem Conſularem ſepulti ibi Viri Patricii. Ad Conſules namque pertinuit, curſus equorum, & quadrigarum, atque alia hujuſmodi ſpectacula Circenſia dare, quarto ſæculo, aut quinto.

Quarti autem, aut quinti ſæculi ætatem ſpirat ille ſarcophagus, cujus ſane moles, Conſule digna videtur (Videatur Bonarrotus in diſſert. ſuper diptycho Baſilii pag. 249.) *Conſule item dignæ ſunt aureæ illæ antiquiſſimi indumenti reliquiæ, oſſibus ſuperinjectæ, quas in Sarcophago inventas narravère Foſſores. Nomen verò Conſulis ipſius nobis invidit antiquitas. Pictum illud fuiſſe characteribus aureis, in areola quadā, quæ erat in fronte Sarcophagi, ſuſpicio eſt: adhuc namque in ea auri, & colorum veſtigia remanebant, in exiguis marmoris cavitatibus.*


Quid verò quadrigæ in Cœmeterio Priſcillæ, quid aliæ Equorum imagines in allatis aliis monumentis ſibi volunt? Suſpicabar, appoſitas illas fuiſſe ſepulcris hominum, qui fuerint e COLLEGIO JUMENTARIORUM, *vel e familiis* SACRO STABULO, *aut* CURSUI PUBLICO, *aut etiam* CIRCO *inſervientibus: neque enim inauditum eſt, ſub Chriſtianis Imperatoribus, etiam Chriſtianos* AGITATORES *in priſcis monumentis invenire.*

Verùm, ut, quod ſentio, ſincerè fatear, arbitror potiùs Symbolicas eſſe imagines illas Equorum; atq; alludere ad Curſum, *quem, ex Apoſtolica phraſi* (2. ad Timoth. 4.) cōſummaverit *homo, ibi depoſitus; qui etiam putat,* ita *ſe* cucurriſſe; ut comprehenderit [1. ad Cor. 9.] *Symbola ſanè iſta, e Scripturarum verbis deſumpta, ad ſalivam erant ſeculorum antiquiorum in Eccleſia, ut multis oſtendi poſſet, ſi neceſſarium eſſet Soli faces admovere.*

Igitur loco ponatur rariſſima Tabula luſoria, ex Muſeo Kircheriano: quam loculo claudendo aptatam a Chriſtianis in Cœmeterio Baſillæ, ante annos non ità multos, invenere Foſſores. Videbis ibi inſculptas verſibus ſingulis, tum in principio, tum etiam in fine, interpunctiones, de quibus eſt ſermo. Advertes præterea ſervatum in omnibus religiosè numerum ſenarium: Sex rhombos in aſteriſco medio: Sex præmia victoribus promiſſa, tres laureas ſcilicet, ac tres palmas: in ſex partes diſtributam inſcriptionis ſententiam, qua monetur Victus imperitiæ ſuæ: (Ludere Nescis:) jubeturque abire: (Leva te) & cedere loco luſuris: (Da Lusori Locum:) Singulas etiam ſententiæ partes ſex elementis compoſitas animadverte. Quæ numeri ſenarii religioſa obſervatio apparet etiam in alia conſimili tabula, quam in Cœmeterio Sanctæ Agnetis inventam a Boldetto, ipſe retulit lib. II. Obſervationum cap. IX, pag. 447; & in ea, quam invenit in Cœmeterio Prætextati, retulitque ibidem, pag. 443; quamtumvis hæc, negligentiâ marmorarii, qui eam ſcripſit, non ità exactè videatur ſervaſſe in vocibus omnibus characterum ſenarium; qui haberetur, ſi ità ſcriptum fuiſſet,

HIRCVS		PLENVS
CLAMOR	O	MAGNVS
FILORO		MVRMOR


ità ut ſenſus eſſet: Cùm Hircus, ideſt *Uter* ex hircino corio [1], vino Plenus affertur, excitatur Clamor Magnus, & Murmur Filoro, ſeu ***Philorum***; ſcilicet *Amicorum*; inflexa Latinè, & mox barbarè terminata voce φίλοι, ut plebs latina ſolebat, quemadmodum ſuprà obſervavimus [2]. Sed hæc præter intentum dicta ſunto. Illud enim erat præcipuè animadvertendum; apponi in Lapide, qui maximè hilaritatem, & jocum ſpirat, figuram, qua aliqui credunt cor vulneratum, ac dolens referri.
Vide & mox in centro ſigilli figulini, quod excripſi e latere in Thermis Diocletianæis, cor exculptum, intra characteres ad περιφέρειαν ſcriptos [3];



[1] *Vide Interpretes ad illud Horatianum, in Arte Poëtica*: Carmine qui tragico vilem certavit ob hircum.
[2] § VI. *pag.* 35.
[3] *Affert aliud figulinum ſigillum, cum figura cordis in centro, Boldett. lib.* II. *cap.* XVII. *pag.* 531; *ac duo allatis ſimilia, ibid. p.* 528. 529.

ac riſum tene, ſi potes, quando docebere ab eruditis aliquibus, laboraſſe cordolio figulum, qui talia impreſſit. Suſpicarer potiùs, potuiſſe cor illud eſſe pro ſigno figlinæ, quo pacto ſolent artifices noſtrates, tabernas, atque officinas ſuas, symbolo aliquo præfixo, ab reliquis ejuſdem opificii diſtinguere.

Demum, ut ab cardiacis hiſce interpunctionibus aliquando me expediam, addo characteribus, per Reineſium enumeratis [1] (quibus diſtinguere antiqui conſueverunt inſcriptiones ſuas) notam aliam, ſimilem notæ Arabicæ 6, numerum ſextum vulgò ſignificanti. Ea eſt in lapide Syracuſis advecto, qui aſſervatur in Muſeo Collegii Panormitani Soc. Jeſu. *Tabula* x. [2]



Et hæc quidem de Ornatibus, Severiano epitaphio per parergon additis dicta ſufficiant. Pergamus itaque ad alia, quæ notatione digna in eo ſunt.

§. IX.

[1] *Præfat. ad Syntagm. Inſcr. a pag. ſexta.*


[2] *Ordo verborum eſſet*: Dis Manibus. Eroti Servo Cubiculario Junii Juliani Proconſulis, Junius Alcibiades &c.

§ IX.


INSCRIPTIO LATINA NOTIS GRAECIS

MIrabere fortaſſe Epitaphium Latinum, elementis græcis conſcriptum: Sed neque hoc, a primis Imperii Romani temporibus, rarum eſt. Edidere non paucas inſcriptiones latinas græcè ſcriptas, quotquot [1] antiqua epigrammata collegerunt. Præter eas autem, jam publici juris factas, aliæ quædam paucula mihi ſunt, quibus allatis probem, non abiiſſe a frequenti ſuæ ætatis uſu hominem, qui latinum titulum Severæ Martyris, characteribus Græcorum expreſſit. Accipe primam, ex Muſeo Kircheriano, cum iis fideliter ſphalmatis, quibus in lapide ſcribitur:

(2)



Inventa hæc fuerat a Cl. Boldetto, in Cœmeterio Sanctæ Baſillæ; in quo pariter, e menſa marmorea, adhuc forulo ſuo adhærente, hoc ego epitaphium exſcripſi:



(3)


Lapidem ſimili imperitia ſcriptum, domi ejuſdem Domini Canonici vidi, characteribus in ſerræ modum aſperis. Inventus fuerat in Cœmeterio Sanctorum Gordiani, & Epimachi, ad Tumulum vaſculo cruento appoſito notatum:

 BI-

[1] *Reineſius Synt. Inſcript. Claſſe* XX. 30. 108. 110. *ex Aringo. Vide & illum in Epiſt.* XLVI. *ad Rupertum, pag.* 389. *Fabrett. Inſcr. Domeſt. Cap.* V. *pag.* 390. 391. *Boldett. Oſſervazioni lib.* I. *cap.* 14. *& lib.* 2. *cap.* 3. 6. 8. *alibique. Doni Inſcript. Claſſ.* II. *Inſcr.* 158. *pag.* 103.

[2] Benemerenti Filiæ Theodoræ, quæ vixit Meſes [*ſic*] XI, dies XVII.

[3] Succeſſa. Bixit (*vixit*) Annis X. Menſibus III.

(1) 

Romæ, inter Inſcriptiones collectas ab Illuſtriſſimo Domino Marchione Alexandro Gregorio Capponi, & in domûs ſuæ cavædio, ſub porticu collocatas, ornamenti, & eruditionis gratiâ, ſimilem vidi epigraphen latinam, græcis notis pictam; ſed ea chriſtiana non videtur, ex Lapidis forma: En illam, quam ineditam credo:

(2)

ANTICΘЄIA. ΠIC
TH. ΦHKIT. MA
PЄITω MEω
KANIω. KOΔPA
Tω. ΔYΛKICCI
Mω. ЄT. ΦЄIΛI
AI. KΛAYΔЄIΛ:
CABЄINAI KA
PICCIMЄ

Romæ item, in Confeſſione (quemadmodum Eccleſiaſtico vocabulo dicimus) ſeu veriùs; hypogæo ſepulcro Sanctæ Cæciliæ Virginis, ac Martyris, quod regiâ magnificentiâ exornavit Paulus Cardin. Sfondratus, inter marmora reliqua, quibus parietes conveſtiti ſunt, unum cœmeteriale habetur, cum hac inſcriptione:

(3)

)|(BHNЄPANΔЄ)|(
)|(BЄNЄMЄPЄNTI)|(


Eam, quæ ſequitur, Inſcriptionem, latinam puto, græcè ſcriptam, quia nonnulla in ea latinarum vocum veſtigia interlucent; ac præterea major characterum pars græcorum elementorum figuram imitatur. Cæterùm puram putam barbariem, atque inſcitiam ſapit. Inventa fuit in Gordiani Cœmeterio, anno MDCCXXVIII, ante diem tertium Kalendas Decembris.

MA-

[1] Vivia Vitalis. *Uxor-ne Vitalis alicujus, an potiùs eo cognomine appellata?*

[2] *Antiſtia Fiſte fecit Marito meo Canio Codrato dulciſſimo, & Filiæ Claudiæ Sabinæ Cariſſimæ.* Ἀντισθεια (*Fortè*) Ἀντιστία. Κοδράτῳ (*Fortè*) Quadrato. Κανίῳ (*Fortè*) K. Ἀνίῳ Cajo Anio: *quamquam &* Canius Rufus, *Martiali amicus, & alii Canii inveniantur apud antiquos.*

[3] *Venerandæ Benemerenti.*




Non expedit, in ejus ſenſu divinando, tempus, atque operam terere. Fuit, qui eam interpretaretur, Vir doctus, & gnarus ΜΑΡΙΕ 7Φ7ΝΗ *Mariæ Filiæ*; quaſi ſcriptum eſſet Φ7ΛΙΗ (nam facilè τὸ Ν, monogramma credi poteſt ex Λ, & Ι) ΔΟ ΑΡΚ. *do Arcam*. Duriuſcula interpretatio ubi ſermo, non de cadavere intra ſarcophagum clauſo, ſed intra loculum, excavatum in parietibus Cœmeterii. ΗϹΒΕΝΕΜΕΡΕΝΤΙ. *In Chriſto Benemerenti*: Quaſi τὸ C poſitum eſſet pro X. ΒΕΙΚΕΝ *Vixit*: ΚϹ pro Ξ; Ν pro ΙΤ. Sequitur nodus Gordius, ΤΗΕ ΦΙΑϹϹ, in quo legendum videbatur *Theophilus*. ΚΛΗΤΥΤΟΕΟϹ. Hic vero aqua hæret, niſi vi adhibitâ legatur, *Cletæ* (hoc eſt *Vocatæ*, *inclytæ*, *dilectæ*) *Titulos* (ſcilicet *titulum*) ΦΕΛΙ *Feci* (vel *Filiæ*, ut eſt in Martyris Severæ epitaphio ΦΕΛΙΕ) ΕΝ ΠΙΚΗ ΑΝΝѠΡΟ ΙΙΙ. *In pace, annorum trium*; ubi ΑΝΝѠΡΟ, *Annorum* dicitur, communi eo plebis idiotiſmo, quem ſuprà obſervabamus, ad vocem Filoro, pag. 50. D. Joannes Marangoni legendum credebat: *Mariæ Iphinæ* (aut Rufinæ) *Doacres Benemerenti Vincentiæ Filiæ Caſtiſſimæ fecit: in pace: Annorum trium*: quæ quidem lectio minùs violenta eſt; niſi quòd, pro una, jam duæ tumulantur; Maria Rufina, & Vincentia. Omittendum, ſi lapis adhæſit ſepulcro biſomo: Secùs duriuſculum. Caterùm hîc ego nihil conjiciam. Davus ſum, non Oedipus: præterquam quòd in partem fortunæ potiùs, quàm doctrinæ, aut peritiæ pono, earum notarum ſenſum aſſequi, quas aliquando, ut ait feſtivè Comicus, Gallina ſcripſerit.

Barbara illa in allato epitaphio chriſtianæ apprecationis expreſſio, ΕΝΠΙΚΗ; ideſt In Pace, refricat mihi memoriam inſcriptionis, cæteroquin editæ, [1] quam characteribus inciſis, ac mox rubricatis, ſcriptam in duabus Tabulis marmoreis, vidi, atque exſcripſi, ad Caſtrum Candulphi, in collibus Albanis, penes amicum ſuaviſſimum, Equitem Hieronymum Odam (de quo ſuprà memini, pag. 40.) unà cum Cyriacae Martyris oſſibus, quæ aſſervantur in Sacello ejus Familiæ. Inſcriptio illa græcà eſt: ſed græcis formulis admiſcetur Latina formula, In Pace elementis græcis ſcripta, ſic, ΕΝ ΠΑΚΕ. Operæ pretium erit eam epigraphen rurſus ex ipſo ſaxo hîc exhibere, diligentiùs, ac fideliùs, quàm fuerit edita:

KV-

[1] *Boldett. Oſſerv. lib.* II. *cap.* VI. *pag.* 402. *e Cœmeterio Cyriacæ.*



Alium

[1] *Legendà videtur inſcriptio, atq; emendanda.* Κυριάκῃ, *vel*, Κυριακήτι γλυκυτάτῃ. Κατάθεσις *in Pace* χριστοῦ Θεοῦ. Ἔζησεν ἔτη λε'. Θανοῦσα πρὸ μίας εἰδῶν Μαρτίων. *Cyriacæ*, vel, *Cyriaceti dulciſſimæ. Depoſitio in Pace Chriſti Dei:* (Sic enim legi debere videtur illud monogramma, cōpactum ex triangulo Δ, & charactere ☧ *Vixit annos* 35. *Mortua pridie* (ante unam) *Idus Mart.*

Duæ aviculæ, ſymbolum frequens in ſepulchris Chriſtianis, ſignificent fortaſſe Cyriacen hanc nuptam fuiſſe: Non rarò ſanè repræſentantur conjuges Chriſtiani in Cœmeteriorum ſaxis, ſub Turturum, aut Columbarum imagine: ſicuti ſub piſcium duorum ſymbolo repræſentari eos credidi in onyche annulari chriſtiano, qui erat Romæ in Muſeo P. Kircheri; figuræ hujus, licèt non hujus magnitudinis:



Putabam enim, hunc onychem inſertum a Chriſtianis fuiſſe in annulo nuptiali; atque in eo per Anchoram Cruciformem, Chriſti Crucem; per piſces verò, conjuges fuiſſe ſignificatos, quorum Sacramentum magnum eſt in Chriſto: ad Eph. 5. *Præſertim quia Chriſtiani omnes Piſcium ſymbolo exprimebantur apud antiquos Fideles, quos* Piscicullos *Tertullianus appellat*, Lib. de Baptiſm. *Quid ni igitur & Cyriacæ conjugium ſignificetur per duas illas aviculas in ſepulcro exculptas? Cyriaca,* γλυκυτάτη *dicitur; quæ blanda appellatio potuit proficiſci a Marito ſepeliente fortiſſimam conjugem.*

Quid autem ſit illud aliud ſymbolum, ſupra ΕΙΔΩΝ, *non percipio. Dicerem candelabrū Hieroſolymitanū, ſi eſſet* ἑπταλύχνον. *Sed neque ſeptilychne eſt, neq; baſi inſiſtit. Fortaſſe florē, fortaſſe vaſculū, voluerit ibi ſculpere imperitus artifex.*

V *in hoc lapide ſcribitur pro* Y. *Archaiſmus eſt, quem vel temporum barbaries, vel quadratarii imperitia rurſus invexit. Cæterùm, ante Auguſti ævum, frequens eſt in marmoribus, etiam optimè ſcriptis. Conſule adnotata a Cl. V. Antonio M. Salvino*, in Tom. 1. Inſcr. Etr. *pag.* 350. *Lapis Ciceroni* ὀψιχρόνος, *via Tiburtina*, IV *ab Urbe Lapide, ſiniſtrorſum euntibus Tibur; qui pro ſede eſt in Bubili,* Svnerotem *habet, pro* Synerote; *quo cognomine appellabatur Lucius Salivius, Lucii Libertus,* Sagarius *de Vico Liciniano, cui conſepulta eſt Pompeja,* Cnej (*fortè* Magni) *Liberta*, Hedone.


L. SALIVIVS. L. L.
SVNEROS SAG
DE VICO LICINIANO
OMPEIA CN L
DONE

Alium habeo antiquiorem his omnibus titulum latinum, græcis literis ſcriptum; poſitum (ut videtur) Sexto Clodio, Decimi Libertini filio, qui ſapit Reipublicæ Romanæ tempora, aut imperii primordia; ſed eum infrà opportuniùs afferam, atque explicabo. Vide illum interea, ſi cupis, § xi, Tabulâ xi. num.6.

Quæ dementia ceperit eos, qui latinas inſcriptionum voces græcè notare voluerunt, poſſet hic quæri. Verùm ego crediderim, non tam dementiæ, quàm ignorantiæ, tribuendas hujuſmodi anomalias. Græci erant genere utplurimum, aut e græcis Aſiæ coloniis, qui Romæ ſervitutem ſerviebant. Hi autem, ut fæculentum plebis Romanæ ſermonem diſcerent, ac loquerentur; plerumq; tamen latinè legere, & ſcribere aut neſciebant, aut non curabant. Quin & libertatem adepti, atque in tribus urbanas relati, neque ipſi oblivisci poterant originem ſuam, neque ità filios educare, ut & in moribus, & in vocibus multa illis, e græcorum inſtitutis, & conſuetudine, non adhærerent. Hinc Græcorum, atq; Aſiaticorum mores Romanam linguam, & diſciplinam ſenſim decoloravere: Sic *Græcia capta ferum victorem cepit* [1]: Sic paulatim cœpit probri loco eſſe græcè neſcire; laudi adſcribi non ſolùm diſciplinas Græcorum callere; verùm etiam e Græcis oriri; preſertim inter plebejos, apud quos ſæpe, etiam ii, qui latinæ originis erant, Græci videri, græcè loqui affectabant: - *nec ſe putat ulla* [2]

Formoſam, niſi quæ de Tuſca Græcula facta eſt;
De Sulmonenſi mera Cecropis: omnia græcè,
Cùm ſit turpe magis noſtris neſcire latinè.
Hoc ſermone pavent, hoc iram, gaudia, curas,
Hoc cuncta effundunt animi ſecreta: [3].

Hinc in iis inſcriptionibus, quæ ab hominibus græcarum hujuſmodi Familiarum ponebantur, placere cœpit deformis cæteroqui illa idiomatum confuſio; cùm & græca latinè; & latina græcè ſcriberentur: cùmq; characteribus perinde acceptis, quædam Romanorum notæ, ac voces inter græca elementa admiſcerentur, quidam verò characteres græci inter notas romanas. Inde eſt itaque, quòd in Severae Epitaphio exprimantur græcis notis, quæ latina ſunt; numeri verò lunarum, menſium, ac dierum ſint merè latini: quod & obſervabis in nuper allatis Theodoræ, & Succeſſæ epitaphiis, & in epitaphio Hermaiſci infrà afferendo; quæ omnia, græcè ſcripta in reliquis, numerales tamen notas habent a Romanis. Hoc etiam Severae Melitinae epitaphium græcum, e cœmeterio Sancti Hermetis, annorum numeros ſignat elementis Romanorum:



Con-

[1] *Horat. Epiſt.*
[2] *Juven. Sat.* 6.
[3] *Adde Juvenali ψυχρὸν Martialem, lib.* x. 68.
Cùm tibi non Epheſos, nec ſit Rhodos, aut Mitylene;
Sed domus in vico, Lelia, Patritio:
Deque coloratis numquam lita mater Etruſcis,
Durus Aricina de regione pater;
Ζωὴ καὶ ψυχὴ laſcivum congeris uſque,
Proh pudor! Herſiliæ civis, & Egeriæ &c.

Contrà verò, hoc aliud Theonidos puellæ epitaphium, ibidem a me exſcriptum, latinum in reliquis, annos tamen græco monogrammate ſignat:

THEONIDI DVLCISSIMAE
CHARIA MATER
ЄΤΚ

Videtur namque, non poſſe in dubium vocari, græcos eſſe monogrammatis illius characteres; iisque ſignificari ætatem annorum viginti, quam Theonis vixerit: ΕΤΩΝ. Κ. *Annorum viginti.*

Sed, ut jam manum tollam de ſemigræcis hiſce tabulis, liceat mihi ad comprobandam exemplo alio confuſionem ſermonum, quæ Romæ, ſub Imperatoribus præſertim, in uſu fuit, epigraphen ſepulcralem hîc pingere, quæ ad ſæculum a nato Chriſto tertium pertinere videtur: Poſita ea eſt Mulieri cuidam Severæ; ut multas ὁμώνυμας Martyri noſtræ agnoſcas eo ſæculo: Inſcriptio autem hæc, quantumvis videri poſſit literatis viris innotuiſſe, tum ex Inſcriptionibus Clariſſimi Vignolii [1], tum ex *Muſæo Kircheriano reſtituto*, P. Bonanni [2]; poteſt tamen jure inter ineditas hîc apponi; quia neutrubi diligenter expreſſa eſt. En igitur illam ex ipſo lapide, quem iterum, ac tertiò conſului:

D. M. S.
IVLIAE SEVERAE ΚΥΡΙ·:·:·
ΑΓΑΘΗ · MAGNIETRARI
IN OMNIBVS EXEMPLIS
VITAE SVAE FAEMINAE
SEVERVS AVG. LIB.
FECIT CONIVGI OPTV
MAE· CVM QVA VIXIT
ANNIS· XXX. DE QVA NI
HIL CONQVERI POTVIT
NISI QVOT · CELERI FATO
INTERCEPTA SIT

Hic vides maritali blanditia appellari Juliam hanc Severam a Severo conjuge, ΚΥΡΙΑΝ ΑΓΑΘΗΝ, ſive *Dominam bonam*; quod minùs mirarer, ſi la-

tinè

[1] *Inſcript. Select. pag.* 235. [2] *Claſs. III. pag.* 205.

tine dictum fuiſſet; cùm DOMINARVM titulum uxoribus dent lapides ſepulcrales Chriſtianorum pariter, atque Ethnicorum, ſecundo ac ſequentibus ſæculis [1]; ſed ea formula græca rarior eſt.

Solennes, in epitaphiis græcis Ethnicorum, dedicationis literas, Θ K legi in titulo latino CELESTINÆ; de quo infra §. XII. Sed plura in hanc rem adeò perſpectam congerere, viris doctis ſupervacaneum, indoctis inutile cenſeri jam queat: Neque facile eſt aliquid afferre, quod rarum videatur, ac novum circa hanc linguarum commixtionem; poſtquam vidimus inter inſcriptiones Donianas, editas a Cl. Gorio [2], monſtroſam illam formulam gromaticam, ex antiquo lapide ſepulcrali:

IN FR: Π. Ω. IN AGR. Π. Φ.

quæ legenda videtur: IN FRONTE ΠΟΔΑΣ Ω′ (3) IN AGRO ΠΟΔΑΣ Φ′ [4]

§. X.

INTERPUNCTIO AD SINGULAS FERME SYLLABAS.

POtuit, ac fortè etiam debuit grammaticis potiùs, quàm philologicis animadverſionibus accenſeri quidquid de inculta hac interpungendi ratione hic diſputabitur. Verùm, quandoquidem jam aliqua delibavimus de ſcribendi uſu, aut veriùs abuſu apud plebem Romanam, deque interpunctionibus cor imitantibus; addamus & hæc, ad ubertatem, ac plenitudinem argumenti. Mos illiteratus dividendi punctis ſyllabas quaſque, novus non accidet, niſi iis, qui parùm ſunt in re lapidaria verſati: Occurrunt enim epigraphæ ità interpunctæ, apud omnes ferme antiquarum Inſcriptionum collectores; ac præſertim apud Illuſtriſſimum Fabretti; cujus obſervata in hanc rem [5] conſulas, auctor ſum. Antiquam originem fuiſſe oportet hujuſmodi uſûs, cujus aliqua veſtigia videmus etiam Claudii Auguſti temporibus: Nam in ſepulcreto Libertorum Liviæ, ante octo annos detecto, quod uberem literatorum ingeniis differendi materiem præbuit, inſcriptio, quam Tyrannus, verna Auguſti, poſuit Ti: Claudio Veterano, hoc mendo non caret: ibi enim ſic interpungitur quartus verſus: COL. V. M. BAR. IVM. TOTVM. Id quod ego diligenter ex ipſo lapide adnotavi; ut ſpondere poſſim pro Cl. Gorio, qui ità edidit [6], contra editionem Illuſtriſſimi Blanchini; [7] in qua hæc interpunctio, properante ad graviora editore doctiſſimo, omiſſa eſt.

Sequentibus deinde ætatibus latiſſimam huic abbuſui feneſtram patefactam oportuit: eſt enim frequens in ſaxis ſæculorum a primo. Epigramma in meis pagellis, exſcriptum ex lapide Muſæi Kircheriani.

[1] *Vide Fabrett. Inſcr. c.* VIII. *p.* 582.
[2] *Joann. Bapt. Donii Inſcr. antiq;* *Claſs.* x. 38. *pag.* 362.
[3] *Pedes* XXIV. (4) *Pedes* XXI.
[5] *Inſcript. Dom. cap III pag.* 374. *& ſeqq. & in Syntagm. de Columna Trajani cap.* VIII.
[6] *In Monumento, ſive Columbario Libertorum Liviæ, Inſcript prima.*
[7] *Camera, ed Iſcrizioni Sepulcrali de' Liberti di Livia pag.* 54.

Θ K
ΤΙ · ΤΩ · ΑΙΑ·
ΕΥ · ΤΥΚΙΩ·
ΝΙ · ΥΙΩΓΛΥ·
ΚΤΤΑΤΩ
ΖΗΣΑΝΤΙ·
ΕΤΗΛ· λ Ϲ /

Alius ibidem lapis ſic habet:

VI· TA· LI· AE
CON · COR · DI · AE
CO · IV · QI · BE · NE
ME · REN · TI

Addamus & hunc ex eodem Muſæo lapidem votivum ; quantumvis a Bonanno jam prolatum [2]; neglexit ille namque apponere in eo veſtigia pedum euntium, ac redeuntium.

IN. VI. CITE. CE. LE
STI. V. RA. NI. E. DONAPO



G. GI. FI. V. VL. FI
LE. O. NES

Putat Bonannus, tabulam hanc anathema eſſe ab agro Gajo GIFIVLFIO poſitum; qui præterea LEONES votivos quoſdam obtulerit Deae Carthaginienſium CELESTI, ſive (quod idem eſt) VRANIÆ, quam INVICTAM appellat; epitheto admodum frequenti. Quæ explicatio (ſiquidem hic liceat ad alia digredi) mihi non omnino ſapit. Puto namque Votivam Tabulam non ab uno fuiſſe poſitam; ſed a duobus, pluribuſve Gneis vel Gajis GIFIVLFIS, qui dicti fuerint cognomento LEONES: quare

[1] Τίτῳ Αἰλίῳ Εὐτυχίωνι υἱῷ γλυκυτάτῳ, ζήσαντι ἔτη λϛ'. *Tito Aelio Eutichioni, filio dulciſſimo, qui vix. ann.* XXXVI.

[2] *Muſ. Kircher. reſtit. Claſs. II. pag.* 78.

re LEONES alios æreos, argenteoſque, oblatos CÆLESTI INVICTÆ, commentitios arbitror, atque ab Inſcriptionis ſenſu alienos. Vereor deinde ut ob ſummotam ægritudinem fuerit oblatum hoc donarium. Faciunt quidem pro Bonanni ſententia ea, quæ Illuſtriſſimi Thomaſinus, [1] ac Fabrettus [2] de anathematis hujuſmodi fusè docent. Credunt namque Viri doctiſſimi, Donaria hæc, in quibus pedes, plantæve exprimuntur, poſita fuiſſe a podagricis, qui facti ſint voti compotes, ſublatis, vel mitigatis doloribus. Verùm putaverim, poſſe me, eà adhibità reverentià, quæ Scriptoribus in antiquitate conſultiſſimis maxima debetur, ab eorum opinione recedere; ubi præſertim ſermo eſt de Donariis, non AEſculapio oblatis; ſed vel Iſidi, vel Serapidi, vel Numini alteri peregrino, quale eſt hæc CÆLESTIS. Videntur enim tunc hujuſmodi anathemata potiùs convenire Viatoribus, qui poſt emenſam viam ſe SALVOS ISSE, SALVOS REDISSE teſtentur, per ea abeuntium, ac redeuntium veſtigia, & LÆTI. LIBENTES. VOTA. SOLVANT. QUÆ. PEREGRE. CONSTITUTI. PRO ITU. AC REDITU. FELICI. SUO. ET. SUORUM. VOVERANT; ut lapides priſci loqui in re ſimili ſolent. Hinc Iſidi, Serapidi, Cæleſti, aliiſque Diis in Civitatem Romanam non adſcriptis, ſacras [ut plurimùm] videmus hujuſmodi Tabulas; utpote quas ſcilicet vel Viatores ipſi, peregrè in Ægyptum, aut Carthaginem ituri, voverant Diis earum Regionum; vel ſaltem eorum conſanguinei in Urbe remanentes. Additur & præcipuus quidam pro ISIDE titulus, cur eam peregrini invocarent, ſperarentque propitiam. Experimento namque ſuo didicerat Dea illa, quàm difficile eſſet procul a patria peregrè diverſari, quemadmodum Poëta [3] eam alloquens canit:

Tu certè, Jovis occultis in amoribus, Io,
Senſiſti, multas quid ſit inire vias;
Quùm te juſſit habere puellam cornua Juno,
Et pecoris duro perdere verba ſono.


Addo & conjecturam aliam, cur plantas hujuſmodi credam anathema eſſe a redeuntibus poſitum, poſt abſolutam peregrinationem. Hanc autem conjecturam mihi ſubminiſtrant cœmeteriales lapides, in quibus non raro pes inſculpitur; aliquando etiam pedum veſtigia. Miror verò Symbolum hoc oculos fugiſſe eorum, qui tam doctè, tamq; acutè diſſeruerunt de ſymbolicis lapidum Cœmeterialium figuris. Certum namque videtur, veſtigia, ac pedes hujuſmodi fuiſſe a Chriſtianis inſculptos ſepulcris ſuis, quaſi anathemata quædam Deo ſacrata, pro bene abſoluta peregrinatione ea, qua *peregrinamur a Domino* [4]. Ut autem prætercam lapides Chriſtianos jam editos [5], in quibus hujuſmodi ſymbolum reperitur; Romæ in Baſilica Sanctæ Mariæ ad Fontem Olei, in pavimento propè Baptiſterium, lapis eſt cœmeterialis, ἀγράμματος, ità ſculptus.

(1) *Thomaſin. de Donariis Cap.* VII.
(2) *Fabrett. Inſcr. Cap.* VI. *pag.* 467. *& ſeqq.*
(3) *Propert. lib. II. eleg:* 24.
(4) 2. *ad Corinth.* 5.
(5) *Vide Boldett. lib. II. cap. III. pag.* 363. *& cap.* VII. 419. *Bonarrot. Vitr. antiq. pag.* 165. *Fabrett. Inſcr. cap.* X. 484. *p.* 738. *Videant* κριτικώτεροι, *num & Chriſtianus ſit Lapis ille, apud Fabrettum Cap.* VI. *Inſcr. pag.* 471. *Caſalium, Thomaſinum, Reineſium &c., qui ethnicus creditus & votivus, adeò torſit literatos viros;*





Lapis alius, item cœmeterialis, in ædibus Canonicorum huic Baſilicæ proximis:



Pedem ſimilem in medio exculptum habet lapis in Muſeo Kircheriano, ſinè inſcriptione prorſus ulla; quem ex Cœmeterio Sancti Hermetis eductum fuiſſe, mihi Patres illi narrabant:



Ut jam videatur temeritatis damnari non poſſe conjectura illa, qua lapidem votivum Giſulſiorum credidi poſitum fuiſſe a peregrinis poſt reditum, non a podagricis poſt ſanitatem. Sed jam ad Inſcriptiones malè interpunctas redeamus.

In Cœmeterio ad Clivum Cucumeris, vel in contermino alio, lapidem ſepulcro inhærentem, ſic notatum invéni: A· GA·

Fortaſſe-an Inſcriptio illa e Cœmeteriis Chriſtianorum eſt, & nihil habet de Donario Ethnicorum. Sanè quàm pronum eſſet eam interpretari:

QUIESCENTI IANAE
HERMES DEDIT

vel, ut Chriſtiani lapides loqui potiùs ſolent:

QUESQUENTI JANAE.
HIC DORMIT;

vel,

QVIETI. IANAE.
HIC. DORMIENTIS.

A. GA. TE. BI. V. A. S.

Agathe, Vivas.

In Sacrario Eccleſiæ ruralis, quæ eſt in Pago *Torrimpietra*, Diœceſeos Portuenſis, in Etruria Suburbicaria, aliquos obſervare licet chriſtianos lapides, e vicinis Silvæ Candidæ Cœmeteriis illuc facilè translatos. Eos tranſcripſit, & mecum communicavit P. Joſephus Rocchus Vulpius e Soc. Jeſu; qui monumenta Latii Veteris, ab Eminentiſſimo Cardinali Corradino colligi jam, & illuſtrari cœpta, juſſu ejuſdem Principis illuſtrare pergit. Inter has verò inſcriptiones hæc planè digna mihi viſa eſt, quam hic referrem, propter anomalã illã interpunctionem in vocibus quibuſdam:

[1]

sic COIVIGI BENEMERENTI LVCANAE QVAE VIXIT · MECVM · A. N. NX. M. V. DX ABVIT · A · N · N · P · L · MXXXI. V · ID AVG LEANDER FECIT · TECVM PACE ☧ ☧

Ibidem hæc aſſervatur:

SIMPLICIO IN PACE GRATA · V · X · O · R

In Cœmeterio Sancti Saturnini, ubi ea Severæ epigraphe inventa eſt, quam illuſtramus, repertam anno MDCCXXX narravit D. Can. Marangoni & hanc, characteribus marmori inciſis, ac mox minio illitis:

PVELLAM BIBI A · N · ET · M · A · N N · X · X · II · DEFVN CTA

ſic Bibianetem annorum XXII.

In

[1] *Annos* X. *Menſes* V. *Dies decem*; *Quinto Idus Auguſti*. *habuit annos*, *plùs minùs*, XXXI.

In ea Cœmeterii Callixtiani parte, quæ trans Appiam ſiniſtrorſum protenditur, Aſinariam versùs, quæque a Sancto Urbano Pontifice, ac Martyre non injuriâ dicitur, cùm ad ejus Eccleſiam [1] ſecundo ab Urbe lapide poſitam accedat, detectæ fuerunt, ante annos duos, a foſſoribus Illuſtriſſimi Domini *Sacriſtæ Apoſtolici*, multæ ſepulcrales tabulæ, quas vidi; atque inter illas eam, quæ ſequitur, cum importuna interpunctione:



SAL. FEL. IA. E. RACLI. A.
TE. CVM. PA. CE

Ex quo eodem Sancti Urbani Cœmeterio, fragmentum hoc eductum eſt tituli ſepulcralis, a me viſum:

LA (VR. EN. TI. AE

Neque verò alia deſunt; eaque (ut reor) inedita, pravæ hujus interpunctionis exempla; ne quis putet eum morem paucorum tantùm, eorumque indoctorum fuiſſe. Titulum, qui ſequitur, vidi Romæ, apud D. March. Alexandrum Gregorium Capponi:

(2)

ΔΗ· ΜΗ· ΤΡΙ· ΟϹ
Α· Γ Α· ΘΟ· Δω· Ρω
ΤЄ· ΚΝω

qui titulus, ex lapidis mole nimis exigua, videtur ethnico columbario potiùs, quàm chriſtiano requietorio adhæſiſſe; quemadmodum & quod ſequitur antiquum epitaphium, quod eſt in Pharmacopæo Cœnobii PP. Tertii Ordinis Sancti Franciſci, prope Urbem Salviam (3) in Picentibus; quod epitaphium, meo rogatu, exſcripſit P. Franciſcus Xaverius Marganetti Soc. Jeſu, ac tum, in *Univerſitate*, ut dicimus, Maceratenſi, publicus Philoſophiæ Profeſſor.

D · M

---

[1] *Non procul ab eo Circo, quem a Caracalla communiter appellant Topographi; ſed a Gallieno erectum evicere eruditiſſimi inter recentiores, Ciampinus, & Fabrettus.*

(2) *Demetrius Agathodoro Filio.*

(3) *Vulgò dicitur*, Urbiſaglia.

D · M
VENERIAE
MARTI · ALIS
ET CVPIDA
FILIAE
DVLCISSIMAE

Nulla verò ex allatis inſcriptionibus ità interpunctis characterem præfert ætatis ſuæ: Eas tamen ut non longè abeſſe credam ab ætate Claudii Imperatoris illius, qui Gotthicus cognominatus eſt, facit hoc marmoris fragmentum, quod vidi Romæ, in Monaſterio Cœnobitarum Montis Oliveti, non procul ab arcu Titi: Enunciat namque ſecundum annum Imperii, cum primo Conſulatu Gordiani Auguſti, qui ſpectat ad annum vulgarem Chriſti CCXLI, ut Baronio videtur; vel (ut Pagio placet) ad annum CCXXXIX, atq; annis tantùm triginta præcedit inſcriptionem temporum Claudianorum, quam illuſtramus.

IMP. CAES. M. AN. TO. NI. O.
GOR. DI. A. NO. PI. O. FE. LI. CI
AVG. P. M. TRIB. POT. II. COS. P. P.

COR · NE · LI · A · PRAE · TEX · TA · TA
IVI · NAM · PI · E · TA · TEM · E · IVS
QVE · SVOS · ET
· DI · CI · VM
EN · TI · AM · SV · AM
· BA · VIT

Non contemnenda arbitror ea, quæ lapis hic, quantumvis diffractus, nos docet. Hinc namque diſcimus, ingenioſam eſſe potiùs, quàm veram, obſervationem Scriptoris, cæteroqui doctiſſimi, qui putavit conſueviſſe antiquos puncta interponere poſt unamquamque ſyllabam; *forſitan ad exprimendum mœrorem interjectis pauſis; ut in legentium animis propinquorum, ſeu Viatorum, faciliùs excitaretur dolor, & fierent productiora ſuſpiria*. Ecce tibi namque inſcriptio, non funebris, atque atra; quæ inter ſingultus, ac ſuſpiria legenda ſit; ſed hilaris potiùs, atque ex animo memore, & grato profecta; in qua tamen importunè dividuntur, punctis quibuſdam inſititiis, ſingulæ ferme ſyllabæ. Apparet etiam in ea communis apud Quadratarios uſus, tertio ſæculo æræ Chriſtianæ, ità in lapidibus ſcribendi: licèt mos ille plebejus, & poſterioribus etiam ſæculis perduraverit; & a Quadratariis ad alios ſeſe artifices diffuderit. Vidiſti, *Tab.* III. *pag.* 29, SEVERINÆ nomen, carbone ſuperſcriptum tabu-

læ

læ figulinæ ſic, SEV . ERINA . Docet itaque nos titulus incultus, eam interpunctionem Foſſoribus, aut Veſpillonibus fuiſſe uſitatam. Eſt in Muſeo Kircheriano pondus æreum [1], ejus ferme magnitudinis, quæ exprimitur *Tab. IX. num. V.* Legas ibi characteres, auctoritate, ut videtur, publica exculptos,

✠ LIBRĀIVS. STĀ

qui (niſi me fallit opinio) legendi ſunt LIBRA JUSTA, potiùs quàm LIBRA IUSTÆ STATERÆ. Docet ergo hoc pondus, ità ſcripſiſſe Flaturarios. Figulos etiam ità ſcripſiſſe doceret, ubi cætera deeſſent, ſigillum characteribus prominentibus, in Tabula fictili, quam vidi in Viridario Eminentiſſimi D. Card. Camilli Cybo, in collibus Albanis, ad Caſtrum Candulphi. Ibi legitur LVCII ALLII nomen, diviſum interpunctione ridicula; Palmæ ne, an potiùs Allii vireſcentis figuram imitante?

[2]



In

[1] *Sub Chriſtianis Principibus conflatum hoc pondus docet gemina illa Crux, quæ etiam argento illita conſpicitur. Sed ætatem ejus determinare ex characterum figura non audeo. Crediderim, ad octavum ſæculum poſſe facilè pertinere. Simul namque cum hoc pondere librali, inventum aliud, ferme ſelibrale (deficit etenim a ſemiſſi recentis libræ, ſemuncia) cum characteribus quibuſdam inverſis, atq; ità malè diviſis,*

PONDV ✠ SCAROLI

qui videntur pertinere ad ſæculum CAROLI MAGNI; *niſi fortè etiam recentiores dicendi ſint, & ad Carolum Andegavenſem, Neapolitanum Regem, ſæculo* XIII, *referendi; quod non crediderim: neq; enim omiſſa eo ſæculo fuiſſent Inſignia Francica, quæ non apparent; ut videre poteris in appoſita ſelibræ ejus imagine:*



Sed ut ad LIBRAM *illam* IVSTAM *redeam; ea, cujuſcumque tandem ætatis ſit, deficit a recenti publica Romanorum libra; cujus ſolum deuncem, ac ſemunciam pendit.*

[2] *Ordinanda videntur Verba;* LVCII . ALLII . MAXIMI. *L. autem hic Allius, vel figulus fuerit, vel Dominus prædiorum, ubi fabricata eſt bipeda, hoc ſigillo notata.* ALLIOS *ſanè Figulos, dant*

la-

PON-

In ſumma: nihil eſt frequentius embolimæis hiſce punctis in monumentis antiquorum; præſertim poſt ſæculum ſecundum: ut proinde non ſit conſideranda hæc interpunctio in epitaphio S. SEVERAE, tanquam inuſitata quædam, & intolerabilis barbarè ſcribendi ratio; quemadmodum conſideranda non eſſet eorum omiſſio: quam frequentiſſimam in lapidibus priſcorum Græcorum (1), in quibus ſæpe, nullo interpoſito inter vocabula puncto, aut ſpatiolo, Oratio tota continuatur, imitati ſunt etiam aliquando Latini. Riſi, anno elapſo, Romæ conatus eruditorum, portentoſa multa agnoſcentium in lamella ærea votiva, molis exiguæ, *Taliſmanni* inſtar, quam Muſeo Collegii Romani Soc. J. donaverat D. Franciſcus Ficoroni, vir ſanè de Muſeo illo optimè meritus. In ea lamella ità ſcribitur.

IOVIS
CACVNVS

Novam quamdam Jovis appellationem ibi agnoſcere videbantur eruditi, tributā fortaſſè a Furio aliquo, aut [1] Phoebo [2] ægrè egerente. Ibi ergo τὸ JOVIS, caſus rectus putabatur, qualem Ennius uſurpaverat. CACUMI titulus non magis Jovem dedecere credebatur, quam JUNONEM dede-

K

lateres antiqui. Figulina L. ALLI. ONYTESI *memoratur in ſigillo doliari, apud Fabrett. cap.* VII. 35. *Ibi, num.* 34., *in alio ſigillo figulino nominatur* M. ALLIUS. CLEMENS. *Hinc mihi ſuſpicio de Alliis, pro interpunctione ſculptis. Conſueverunt namque ſæpè antiqui ſymbola aliqua exſculpere, alludentia ad nomen eorum qui monumenta ponebant, vel quibus monumentum ponebatur. Oſtendit hoc exemplis multis Fabrettus in Apologemate, pagg.* 88. *&* 89; *& in Domeſt. Inſcr. Cap. III. pagg.* 86. 187.

[1] *Neq; antiquiſsimorum tantùm; ſed & eorum, qui ſub Imperatoribus Romanis floruere. Epitaphiū metricum, in lapide refoſso e via Appia, qui erat penes D. Card. de Polignac; inventus prope ſepulcra Libertorū Liviæ Auguſtæ, omni diviſione caret:*

ЄΝΝЄΑΚΑΙ
ΔЄΚΑΜΗΝΟϹ
ЄΓѠΚЄΙΜΑΙ
ΠΑΡΑΤΥΜΒѠ
ΟΝΠΟΙЄΙΠΑ
ΤΗΡΠΡΟΚΛΟϹ
ϹΤΡΙΗϹΑΠΟ
ΓΑΙΗϹΟΥΝΟ
ΜΑΔЄЄϹΤΙΠΡΟ
ΚΛΑΓΑΙΑΠΑΤΡΙϹ
ΗΠΑΡΑΚЄΙΜΑΙ

Nimirum: *Vndeviginti menſes* habens *ego jaceo in Tumulo; quem fecit Pater* meus *Proclus*, peregrinus *Syria e terra. Nomen verò eſt* mihi *Procla: terra natalis* fuit mihi hæc, *in qua jaceo.*

[1] *Catull. epig.* 23.

[2] *Martialis lib.* 3. 89.

dedecuerint nomina LUCINAE, & RUMINAE, & ΜΗΝΗΣ, & FLUONIAE, & MEPHITIDOS, & VNXIAE, & CINXIAE, & FEBRUAE, & alia turpiora; cum præterea IUPPITER ipſe dictus ſit ΑΠΟΜΥΙΟΣ, ſivè *Muſcarius*, & DAPALIS, & ΚΑΤΑΙΒΑΤΗΣ [1], & MAIUS, & MINIANUS [2], & PISTOR, & TRAGOEDUS, & STERCULIUS [3], ſivè STERCVTIVS: Quibus titulis planè ſordidis, addi poſſet & iſtud, CACUNI. Verùm ego, tantum ac talem Deum, *Qui templa cœli ſumma ſonitu concutit*, è foricaria illa latrinarum ſella deturbandum cenſui. Putabam namque conjecturas omnes everti, additis tantùm inſcriptioni punctis duobus, ſic: IOVI. S. C. ACUNUS. Quam conjecturam, accipiat ſanè quilibet, prout volet: id certiſſimum eſt, neque ob multitudinem interpunctionum, neque ob defectum, in antiquis monumentis, debere nos admodum eſſe ſolicitos.

§. XI.

KALENDAE, NONAE, ET IDUS IN EPITAPHIIS CHRISTIANIS. NUM ET IN ETHNICIS?

ASſignat Epitaphium, Natalem (ut Chriſtianè loqui ſolemus) fortiſſimæ Mulieris diem, NONAS NOVEMBRES. Hæc diei mortualis enunciatio, in Chriſtianorum Epitaphiis adeò frequens, locum fecit eruditæ virorum doctiſſimorum obſervationi, qui putaverunt poſſe ex ea dierum deſignatione dignoſci Epitaphia Chriſtianorum ab Epitaphiis Paganorum, apud quos dies mortis, utpote infelix & ater, ſilentio premebatur. Et in hanc quidem ſententiam videntur inclinaſſe aliqui majorum gentium Scriptores; quantumvis non omnes eam ſinè cauta aliqua limitatione tradiderint.

R. P. Joannes Mabillonius, in Appendice ad eam Epiſtolam (4), quam ſub *Euſebii Romani* nomine ſcripſerat, circa Sanctorum ignotorum cultum: *Unum*, ait, *adjicere lubet de quibuſdam Notis, in ſuperiore Epiſtola prætermiſſis, quæ tumulos Paganorum diſtinguunt. In his cenſenda puto Vocabula*: Depoſitus, *ſeu* Depoſitio: Quieſcit in pace [5]: Vixit in ſæculo: Tranſiit: Bonæ memoriæ: *quæ haud ſcio, an unquam Paganis tributa reperias. Idem cenſendum mihi videtur de notatione Kalen-*

[1] *Scilicet* DESCENSOR, *propter frequentes deſcenſus ad amores, atque adulteria.*

(2) *A minio, quo Juppiter fictilis Capitolinus antiquitus pingebatur.*

[3] *Communis Sententia eſt* STERCUTII *vel* STERCULII *nomen, aut* PICUMNO *tributum, Fauni filio, qui Latinos terram ſtercorare docuit, ut ſcripſit Lactantius* lib. primo, cap. 20; *aut* SATVRNO, *propter hoc idem beneficium præſtitum; quemadmodum ait Macrobius*, Saturn. lib 1. cap. 7. *Non tamen a vero abhorret opinio putantium, etiam Jovem ità aliquando nominatum*: IVPPITER *namq; non minùs ac* ISIS, VNVS *erat* OMNIA, *ità ut omnium nominibus meritò appellaretur. Vid. Ægypt. de Bacchan. p.* 101.

[4] *Editione prima. pag.* 40.

[5] *Non defuit Scriptor, cæteroqui eruditus, qui hanc etiam formulam*, QVIESCIT IN PACE; *ab Ethnicis adhibitam diceret in re funebri; traheretque huc Virgilianum illud*, 1. *Æneid.* 253,

— NUNC PLACIDA COMPOSTUS PACE QUIESCIT.

Verùm ibi, ni fallor, dormitavit eximius Vir; neque advertit Poetam loqui de Antenore, Patavii inter Venetos regnante; non verò de eo compoſito inter plures.

lendarum, *Nonarum*, *&* *Iduum in Epitaphiis*, *quæ rariſſimè*, *ſi tamen unquam*, *in Epitaphiis Gentilium occurrunt*. Audierat hæc facilè Vir doctiſſimus, cùm Romæ commoraretur, ab eruditiſſimo, ſibique amiciſſimo Raphaële Fabretto, tùm Sacrorum Cœmeteriorum cuſtode: ſimilem enim aliquam Fabrettus ipſe animadverſionem habet in Opere *Inſcriptionum Domeſticarum* [1]; ubi Chriſtianis vindicat Epitaphium, phraſibus parùm religioſis conſcriptum; hac ratione ductus; quòd *Depoſitionis certa expreſſa dies*, *promiſſaque Pſalmodia*, *inſcriptionem fuiſſe à Chriſtianis poſitam evincant*.

Clariùs autem eam Regulam tradit Illuſtriſsimus Dominus Juſtus Fontanini Archiepiſc. Ancyranus, in Commentario ad Inſcriptionem Sanctæ Columbæ [2]. *Avvertaſi parimente*, *che ne' ſoli Epitaffi criſtiani ſogliono eſprimerſi le* Calende, *le* None, *e gl'* Idi; *onde il Conte Carlo Ceſare Malvaſia* (Marm. Felſinea p. 568.) *ed il P. Mabillone* (de Cultu SS. ignotorum pag. 24.) *mettono ciò tralle formole*, *che diſtinguono chiaramente i tumoli de' Criſtiani*, *da que' de' Gentili*. Comes verò ipſe Malvaſia, ab Illuſtriſſimo Fontanino laudatus, ità habet ad Epitaphium Chriſtianum ACVIAE (3). *Chriſtianum olet cultum* τὸ IIII. KAL. IVLIAS .... *Quandoquidem Iduum*, *Nonarum*, *&* *Kalendarum*, *ut plurimùm*, *mentionem haberi a Chriſticolis in ſuorum calce Epitaphiorum*; *quilibet colligere poterit &c.*

Si poſt tot, tamque expreſſas tantorum Virorum ſententias; locus ſit aliquis opinioni meæ, dicam quod ſentio; quodque non alienum à veritate arbitrabitur, quicumq; nolit, inauditâ parte, ſententiam ferre.

Πολλάκι ϗ κηπωρὸς ἀνὴρ μάλα καίριον εἶπε· [4]

Eum ergo canonem, ità intellectum, ut ſignificet, raro uſurpatam ab Ethnicis in Epitaphiis ſuis Kalendarum, & Iduum mentionem; veriſſimum credo: Vix enim eſt, ut in millenis quibuſque ſepulcralibus titulis Paganorum, unus, vel alter, Kalendas, Nonas, Idus nominet; quæ tamen frequentiſſimè in ſepulcris Chriſtianorum occurrunt. Si quis autem omnem omnino dierum ejuſmodi commemorationem ab Ethnicorum Epitaphiis ablegandam dicat; nego ſuſtineri eam regulam poſſe; aut per eam ſatis conſuli diſcrimini inſcriptionum mortualium chriſtianarum, ab iis, quas Ethnici poſuere.

Neque aliter ſenſiſſe dicendi ſunt eruditiſſimi ii viri, qui Kalendas, Nonas, atque Idus in Epitaphiis tantummodo Chriſtianis agnoviſſe dicuntur: Ii namque, ſi eorum verba quis bene expendat, eadem docent, quæ dico. Non alia ſanè videtur fuiſſe mens Cl. Mabillonii, qui *rariſſimè in Epitaphiis Gentilium* ait funeſtum diem indigitari: Non alia Illuſtriſſimi Fabretti, qui non qualemcumque diem, notatum in Epitaphiis, ſumit pro diſcrimine Chriſtianorum, ſed DIEM DEPOSITIONIS: cujus quidem DEPOSITIONIS (ut ex Mabillonio vidimus *pag*. 76.) numquam Ethnici meminere: Non alia etiam doctiſſimi Comitis Malvaſiæ, qui ſolùm obſervat, conſueviſſe Chriſtianos, *ut plurimùm*, Kalendas notare in Epitaphiis ſuis: Hoc autem ultro damus. Solus igitur videtur Illuſtriſſimus Fontaninus nullum omnino agnoſcere velle pro Ethnico Epitaphium, quod Kalendarum, Nonarum, aut Iduum meminerit. Verùm & ea hominis longè verſatiſſimi ſententia non eſt accipienda ſinè prudenti aliqua, & cauta *limitatione*, quemadmodum Juris-periti loqui ſolent. In omnibus namque facultatibus habenda præ oculis eſt aurea

[1] *Inſcr. Dom. Cap.* II. *pag.* 112.
(2) *Commẽtario di S. Colõba pag.* 70.
(3) *Marmora Felſin. Sect. Nonâ*, *cap.* v. *pag.* 569.
(4) *Vide Manut. in Adagiis.*

illa Sapientium Virorum conſtitutio, qua Juris-prudentes in Legum oraculis intelligendis utuntur; ut ſemper exceptione aliquâ reſtringenda putent effata Veterum, quantumlibet abſoluta; ne fortè inopino aliquo caſu queat eorum veritas labefactari. *Omnis* namque *Definitio in jure civili periculoſa est*: *Rarum est enim, ut non ſubverti poſſit* (1).

Quod quidem ubique prudenter dictum, prudentiſſimè dicitur ubi ſermo eſt de antiquorum Epitaphiis, quæ tot ſæculorum curriculo, docti, indocti, ſcripſerunt; non ad artis aut regulæ alicujus amuſſim, ſed pro Superſtitum arbitrio, pro Gentium conſuetudine. Vera itaque ſit hominis doctiſsimi ſententia, quamvis non unum tantùm, vel alterum ſaxum ſepulcrale ſubleſtæ fidei, ſed bene multa indicari poſsint, certò certiùs ab Ethnicis poſita, quæ tamen Kalendarum deſignatione notata ſunt. Nam de plerumq; contingentibus locutum eſſe hominem peritiſsimum par eſt credere: cùm non ignoraverit Cl. V. quàm multa Epitaphia ſint, vèl in unico Theſauro Gruteriano, quæ Kalendas, Nonas, Idus clarè ſignatas habent; & tamen ad ethnicam ſuperſtitionem pertinent. Ethnicis nempe ea adjudicant, tùm ætas diſertè expreſſa per Conſules in iis notatos, tum religioſæ ceremoniæ, a Sacris chriſtianis abhorrentes, quæ ibi nominantur; tum Saxa ipſa in Urnularum, Ararum, Cipporum terminalium morem conformata, & Soli ſacri amplitudinem notantia; quæ certè Chriſtianorum propria non ſunt.

Ut enim inſcriptiones eas prætereamus, de quibus dubitari poſſet, ſepulcrales ne ſint, nec ne [2]; Epitaphia ſanè nuncupari debent, atq; ab Ethnicis poſita, quæcumque mortualis, ſive ſaxi, ſive loci, mentionem faciunt; & præterea mortuos ibi tumulatos nominant [3]. Jam verò ex his non pauca ſunt, quæ ſepulcralem hujuſmodi dedicationem, in Mortuorum gratiam celebratam, notant, appoſito die.

Utque a Gruteriana collectione exordiamur: I. Saxum mortuale Antonii AEgrilli [4], quod Smetius, & Metellus viderunt Romæ, viâ Ardeatinâ, refert Aram, ſcilicet ſepulcralem Urnam, ſeu Cippum (ut Fabrettus [5] explicat) Ded. Prid. Kal. Decem. Glrman. Caes. et. Capitone. Cos; anno nimirum poſt Romam conditam DCCLXIV [6], æræ chriſtianæ undecimo. II. In eadem Via Ardeatina vidit Metellus [7], ac delineavit Aram, poſitam C. Aurelio Favori, K. Ian. M. Avrelio. Antonino (Elagabalo) Avg. IIII. et. Avrelio. Alexandro. Caes. Cos., Anno ſcilicet æræ communis CCXXII. III. In Ædibus Joannis Boccalini, Romæ, vidit Lipſius [8] titulum Sex. Pompeji Agaſii; qui (ut ex notata ſacri Fundi in Fronte, & in Agro, menſura eruitur) ſepulcralis ſinè dubio eſt: ibi autem dicitur, inchoata fuiſſe ædicula, Prid. Idus. Aprilis. Germanico. Cæsare. et C. Fonteio. Capitone. Cos; undecimo, ut diximus [9], anno æræ Chriſtianæ. IV. Epitaphium Æliæ

(1) *L.* Omnis definitio *ff. de Reg. juris.*

[2] *Qualis eſſet Inſcriptio P. Arvanii Nigri apud Gruter.* XXIII 7., *in qua* Iovi Stygio *ſacratur ara*, XII. Kal. Jul.

[3] *Hac de cauſa inter hæc Epitaphia non numerabo Inſcriptionem, quam ſibi* Vivens Posuit *Q. Cæſius Atilianus, Sacerdos Dianæ, dedicavitque* Id. Oct, *ut eſt apud Grut.* CCCXIV. 3; *atque alias hujuſmodi, quæ mortuorum non meminere, licèt ſepulcris inſcriptæ ſint, & morituris comparata.*

[4] *Gruter. Theſaur. Inſcr.* DXXI. 4.

(5) *Inſcr. Domeſt. cap.* II. *pag.* 107.

(6) *E ſupputatione Stephani Winandi Pighii in Annal. Rom.*

(7) *Gruter. Theſ.* DXXVIII.

[8] *Teſte Grut.* DCXXIII. 3.

(9) *P. Dionyſius Petavius Conſules hos, anno ſeriùs locat.*

Aeliæ Flaviæ Melitanæ [1] ait, Conjugem, & Liberos, feciſſe illi Sarcophagum ; quem CONSECRAVERUNT. IDIBUS. AVGVSTIS. PVDENTE. ET. ORFITO. COS. Anno Urb. cond. CMXVIII, [2] Chriſti CLXV. V. Viâ Appiâ, ut retulit in ſuis ſchedis Fulvius Urſinus, [3] fuit epitaphium CC. Aniciorum Faltoniorum ; quod erat poſitum, K. OCTOBRIS. M. AVRELIO. SEVERO. II. ET. T. CLAUDIO. POMPEIANO. COS. poſt Chriſtum CLXXIII. VI. Ibidem, teſte Ligorio, & Jacobonio [4], fuit ſepulcrum Q. Cæſii Sabini, cui Cæſia Venuleja Priſca VXR. MARMOR. POS. K. OCT. P. CORNELIO. ANULLINO. M. AVFIDIO. FRONTONE. COS. Anno ab V. Cond. CMLII, æræ Chriſtianæ CIC. VII. Funerea pariter videtur, ex figura, Ara, quam Fabri Oſtienſes ponunt [5] Q. Martio Philippo III. IDUS. APRILIS. SCAPULA. TERTULLO. ET. TINEIO CLEMENTE. COS. ſecundùm vulgarem æram anno CVC. VIII. P. Minacio Albino mortuo, dedicatur [6] arula tiburtina, XIIII. KAL. NOV. M. LOLLIO. PAEDIO. VERO. ET. Q. IVNIO. LEPIDO. COS, anno Urbis cond. DCCXXXIII [7]. IX. Q. Pætidio Pacato, itẽ mortuo [6] ponitur Ara, K. IAN. Q. CLOELIO. SICULO. ET. T. LARGIO. FLAVO. COS. De hoc tamen Epitaphio mihi ſuſpicio non levis injicitur: Vereor namq; ut umquam extiterit, præterquàm in paginis Impoſtorum, qui illud Grutero ſubminiſtrarunt. Certum illud eſt, anno ab V. conditâ CCLV, [8] quo Conſules fuere T. Lartius Flavus, & Q. Cloelius Siculus, longè diverſam fuiſſe ab ea, quæ in hoc Epitaphio legitur, plebis Romanæ linguam. Sed hìc mihi inſtituendum non eſt examen criticum de Inſcriptionum, quæ vulgò receptæ ſunt, ſinceritate: Ab iis afferendis ſuperſedebo, quarum ſuppoſitio viris doctis jam ſuboluit: Cæteras autem laudabo, quales invenero; neque enim ab unius, alteriusve falſitate nondum deprehensâ, detrimentum ullum mihi metuendum eſt, qui non paucis exemplis, ſed bene multis, Regulam, quam impugno, poſſim inſimulare. X. In Theſauro eodem, [9] poſitum legitur Epitaphium M. Pompilio Sabino, K. IVN. L. SCIPIONE. ASIATICO. ET. C. NORBANO. BVLSO, quos Conſules me inveniſſe alibi non recordor. XI. Ara Cn. Veſuleni Latini, Dis Manibus dedicata eſt [10] ID. DEC. C. POSTHVMIO. COMINIO. ARVINO. AURVNO. [11] ET. T. LARGIO. FLAVO, quos Cos, Anno Urbis Conditæ CCLI. aſſignat Pighius [12], anno CCLIII. adſcribit Petavius. Eorum antiquitas dubium injiciet, utrùm Inſcriptio legitima ſit. XII. In Epitaphio Mindiorum [13] C. Mindius Pacorus ARAM. DIS. MANIBVS. SACRAV. II (*ſic*) KAL. AVG. Q. CAECILIO. METELLO. T. DIDIO. VIVIO. COS, Anno poſt Romam conditam, ſi Pighio credimus, DCLI, ſi verò Petavium audiamus, DCLVI. XIII. T. Canulejus Sabinus, Parentibus [14] AR. P. KAL. NOVEMBRIS. SEX. ANNIO. SILVANO. ET. T. ANNIO. VERO. POLLIONE. COS. Anno V. C. DCCCXXXIV., æræ autem Chriſtianæ LXXXI. XIV. Parentibus item ſuis TITUL. FECERUNT [15] Vetulenii, Paſſer, & Amandus, IIII. ID. NOV. Q. FULVIO. FLACCO. AMARINO. ET. L. CORNELIO. LENTULO CAVDI-

[1] *Theſ. Grut.* DCCLI. 3.
(2) *Petav. in Doct. Temp. lib.* XIII. *Hærere ſe in Conſulum iſtorum nominibus, ait Cl. Gorius in Inſcr. Etr. Tom.* I. *pag.* 200.
[3] *Apud Gruter.* MXXV. 6.
(4) *Ibid.* DCLXXIII. 12.
(5) *Ib.* MXXVII. 4.
(6) *Ibid.* MXXXI. 4. 7.
[7] *Ante Chriſtum* XXI. Petav.
(8) *Ita Pighius. Petavius locat anno ſequenti* CCLVI.
[9] *Pag.* MXXXI. 9.
(10) *Grut. Theſ.* MXXXII. 5.
(11) *Fortè* AURUNCO.
[12] *In Faſt. Tom.* I. *pag.* 80.
(13) *Theſ. Grut.* MXXXV. 5.
(14) *Ibid.* MXL. I.
(15) *Ibid.* MXLI. 8.

DINO. Cos. Quod Conſulum par, anno poſt Romam conditam DXVI. aſſignatum a Pighio, locatur a Petavio anno inſequenti DXVII.

XV. Viâ Appiâ, OSSAR. C. Calventio Januario fecit [1] C. Calventius Avitus Frater, III. NON. IANUARI. L. QUINCTIO. CRISPINO. II. M. STATILIO. TAURO. Cos, quemadmodum retulit in ſua Adverſaria Fulvius Urſinus. Hos Conſules, anno æræ Chriſtianæ XLIV. aſſignat Petavius [2]. XVI. Viâ eâdem, C. Caerellio Pulcheriano Sarcophagus ex marmore fit, VI. NONAS. MAII. M. IVNIO SVLLANO. ET. L. NORBANO. BALBO. COS. anno ab V. C. (ut Pighius quidem autumat) DCCLXXI; ut verò Petavius docet, anno inſequenti, qui eſt annus æræ communis XIX.; quo certè tempore nulli Romæ fuere Chriſtiani. XVII. In tumulo Avilliorum [1], ut notabat ſaxum, quod olim fuit in pavimento Sancti Euſtachii, Familia tota AEDICUL. ET. ARAM. DIS. MAN. FECERUNT. V. ID. DEC. C. ASINIO. POLLIONE. ET. C. ANTISTIO. VETERE. Cos, quadriennio poſt Conſules nuper indicatos.

Multa hujuſmodi Epitaphia Grutero ſuppeditata ſunt e ſchedis Fulvii Urſini; quo teſte, in viâ Appiâ detecta fuerant quinque ſequentia; XVIII. Fulviorum, qui [3] T. FECERUNT. V. NON. APRIL. M. AEMIL. LEPIDO. II. L. MUNATIO. PLANCO. Cos, Anno U. C. 712. ante Chriſtum XLII; XIX. Pontiorum, qui H. MONUMENTUM. FECERUNT. XII (ſic in Grutero [3], fortè in Lapide fuerit III.) NON. MAR. CN. POMPEIO. STRABONE. ET. L. PORCIO. CATONE. Cos, ſcilicet, anno Urbis DCLXV, ſi Petavio ſtamus [4], ante Chriſtum verò LXXXIX; XX. Rubelliorum qui AEDICUL. FECER. XIII (ità in Grutero [3]) NON. FEBR. CN. LENTVLO. GETVLICO. ET. C. CALVISIO. SABINO. Cos, ab Urbe Condita anno DCCLXXIX, æræ Chriſtianæ XXVI; XXI. Turranniorum, qui [3] DD. KAL. SEPT. TI. CLAUDIO. NERONE. CÆS. IIII, TI. CLAUDIO. DRUSO. III. cos: Ità enim habet Gruterus, apud quem fortè error ſubrepſit in numero Conſulatuum Druſi: debuit namque, cum quarto Tiberii Cæſaris Conſulatu, enunciari Conſulatus ſecundus Druſi, cadens in annum Urbis conditæ DCCLXXIV, æræ Chriſtianæ XXI, ut Petavius notat, ac Pighius: qui in eo solùm a Petavio diſcrepat, ut uno anno ſupputationem Petavii antecedat. XXII. Hi pariter Turrannii in Epitaphio alio [5] OSSAR. FECERUNT. XIIII. (*ſic*) NON. MART.... CORNELIO. SCIPIONE. M. ATTILIO. CALATINO. II. cos., qui cùm anno U. C. D, ante Chriſtum verò CCLIV. conſulatum geſſerint, ſcrupulum injicient de inſcriptionis ipſius veritate, quam modò examinare non vacat.

Præter has autem, quæ in Gruteriano Theſauro ſunt, mortuales dedicationes in Epitaphiis notatas, alias alibi non paucas reperire eſt. Reineſius [6] Epitaphium Anitiorum refert, XXIII. SACRUM, & Soli ſacri amplitudinem notans, cum die XVIII. KAL. IAN. ſub Conſulatu Aureliani Aug. II., & Baſſi, qui incidit in annum æræ Chriſtianæ CCLXXI. Petrus Relandus (7) ex Adverſariis Marquardi Gudii, habet Epitaphium Eupitiorum, ubi dicitur; XXIV. M. H. D. (ſcil. *monumentum hoc dedicatum*) KAL. FEBR. P. CORNELIO. ANULLINO. ET. M. AVFIDIO. FRONTONE. cos. Ex iiſdem (8) laudat idem Relandus Epitaphium

Iſta-

[1] *Gruter. Theſ.* MXLI. 10. 14. 15.

[2] *Poſt R. C.* DCCVII. *anno uno citiùs ponuntur a Pighio.*

[3] *Theſ. Grut. Pagin.* MXLII. 7. 13. 16. 17.

(4) *Et hîc Pighius uno anno præcurrit*


[5] *Grut. Theſ.* MXLIII. 1.

[6] *Synt. Inſcr. Cl.* V. 48, *pag.* 384.


[7] *In Faſtis Conſ. pag.* 92. *ad annum Chriſti* CIC.

[8] *Ad annum Chriſti* CLXXXII, *pag.* 56.


I


MAXIMINVS QV
IVIXIT ANNOS XX III
AMICVS OMNIVM

II


METI · LENIA · RVFINA · QVE VI
XIT · ANNIS · XXVIII · ET · EMELIVS
EIVS · VIXIT · ANN · XII · ET MENSI
BVS VIII · ET DIES MINVS · V ·

III


ANTONIAE
MEPAREN
QVA VIXIT
MES VIIII
FILIAE DVLCISSI
TES IN PACE
ANNIS IIII
D XX IN PACE

-ſtaſia Mellinæ, XXV. factum, curatumque, KAL. MART. C. PETRONIO. MAMERTINO. ET. CORN. RUFO cos, quem Petavius Trebellium, Rufum nominat (1). XXVI. Eminentiſſimus ac Reverendiſſimus Card. Corradinus, in *Latio Veteri* [2] refert epitaphium Marci Eburii Tyronis, inventum in agro Veliterno, teſte Pyrrho Ligorio, ubi dies legitur notata, XVI. KAL. OCTOBRIS. C. VERO. NATALE. ET. P. CORNELIO. SCIPIONE. ASIATIC. coss. quos ſuffectos, anno Urbis DCCCXX. refert Winandus Pighius. XXVII. Ejuſdem Operis continuator, P. Joſeph Rocchus Volpi, S. J. duo [3] laudat epitaphia, refoſſa *in via Gabinia Præneſtina, non longè a mœnibus Urbis*, e ſepulcro gentis Aufidiæ, cum Kalendarum notatione. Hæc autem etiam e ſchedis Ligorii deſcripta ſunt. Primum eſt Aufidiæ Torquatæ V.V., cui T. Aufidius Libertus tumulum curavit, III. NON. AVG. SER. SVLPICIO. RVFO. ET. M. CLAVDIO. coss. [4]; XXVIII. Aliud verò eſt Aufidiæ Tuciæ, pariter Virginis Veſtalis; cui ex Teſtamento faciundum curavit Q. Aufidius Libertus, KAL. SEPTEMB. IMP. CÆS. AVGVSTO. ET. SEX. APPVLEIO. COSS. [5] XXIX. Aliam e Ligorianis funebrem Inſcriptionem C. Roſcilii Dromeſii refert Reineſius (6), in qua AR. DEDIC. KAL. FEBR. L. GELLIO. POPLICOLA. ET. CN. COR. LENTVLO. cos, ſcilicet, anno Urbis DCLXXXII, ante æram Chriſtianam, LXXII. XXX. Apud Fabrettum (7) Gelos, Divi Aug. libertus, POS. MORTEM. FILII. SVI. .... FECIT. ET. DEDICAVIT, utique ſepulcralem aram, IIII. NON. MAIAS. T. STATILIO. TAVRO. P. POMPONIO &c. Num Urbis conditæ anno DCCLXIX, æræ Chriſtianæ XVI?

XXXI, Ubaldinus, in Vita Angeli Coloccii, enumerat inter Inſcriptiones ab eruditiſſimo, atq; elegantiſſimo illo Viro congeſtas, Epitaphium A. Rupilii Aucti, & Rupiliæ Hilaræ; qui fecerunt SIBI. POST. II. KAL. FEBR. C. HOSTILIO. MANCINO. ET. C. ATILIO. SERANO. COS [8];

XXXII. Et Epitaphium M. Licinii, M. F. Craſſi, Frugi; & Liciniæ Craſſæ, quibus M. Licinius Junior, ARAM. D. III. K. MART. L. ÆMILIO. MAMERCO. ET. C. CÆSIO FABIO. VIBVLANO. COS.

Plures hujuſmodi Inſcriptiones, Kalendarum, Nonarum, & Iduum mentione inſignes, enumerare nolui. Licèt enim ſepulcrales illæ ſint, tamen, quia vel ſepulcri tantùm emptionem venditionemque memorant; vel titulo quidem fuerunt toti alicui ædificio mortuali; non tamen alicujus, aut aliquorum tantummodò Cinerariis fuerunt appoſitæ; vel nullius Mortui ac ſepulti meminerunt, unde propriè tituli Mortuorum, aut Epitaphia credi poſſint; omittendas cenſui, ne ab Epitaphiis diſcederem. Epitaphia autem profectò dici merentur laudati lapides, in quibus Kalendæ notantur, & Idus, & Nonæ. Quare videtur non poſſe negari ſi caſtigatè loqui velimus, antiquos Ethnicos aliquando hujuſmodi dierum meminiſſe in Epitaphiis ſuis. Neque verò quis objecerit, dies in allatis Inſcriptionibus memoratos, habendos pro diebus feſtivis; utpotè quibus Dedicationes celebratæ ſint, & Aræ, & Lapides poſiti; non verò ſignari ibi atrum illum diem, quo ſepultus obierit. Eſto enim hæc vera ſint. Dum modò dies aliqui memorentur in Epitaphiis Ethnicorum, jam falſum eſt Epitaphia illa excludere omninò omnem memoriam Kalen-

da-

[1] *De doct. Temp. lib.* XIII. *ad annum Per. Jul.* 4895.

[2] *Tom.* 2. *pag.* 196.

[3] *Vet. Lat. Prof. lib.* 4. *cap.* 7. *pag.* 162.

[4] *Anno Urb. cond.* 703. *ante Chriſtum* 51.

(5) *Anno U. C.* 725. *Ante Chriſtum* 29.

(6) *Synt. Inſcr. Cl.* VI. 119.

(7) *Inſcr. dom. cap.* X. 224.

[8] *Horum Conſulũ par, uti & quod ſequitur; non invenio apud Chronologos.*

darum; Nonarum, & Iduum; quod ad regulam, de qua quærimus, vel evertendam, vel limitandam ſufficit.

Quid, quod & ille ipſe ater, ac funeſtus dies, quo *nos Fata fuiſſe voluńt*, [1] aliquando in Epitaphiis Ethnicorum adſcribitur? En exempla, ex monumentis jam editis. Primum, XXXIII. Ruſticellæ M. L. Cytheridos Epitaphium, a Smetio lectum [2] narrat, ab ea *debitum redditum* [3] X. KAL. SEPT. MALVGINENS. ET. BLAESO. COS. Secundum, XXXIV. Epitaphium Tyches, & Mummiæ Nigrinæ, quod ex Mazochio Gruterus habet [4], narrat hanc D. V. I. MAR. ID. XIII. Cos; ſcilicet *Deceſſiſſe quinto idus Martias*; niſi fortè quis τὸ D. malit legere DEDICAVIM. Tertiò, XXXV. apud eumdem Gruterum [5] Aemilia Felicitas, VEHICVLO. EVERSO. VIA. HOSTIENSI. TER. KAL. FEBR. OBIIT. Erat ſaxum in Villa Julii tertii Pontificis. Quartò, XXXVI. Smetius idem, quem paulò ante laudavimus, vir doctiſſimus æquè, atque oculatiſſimus, vidit [6], ad Sancti Euſtachii, Epitaphium Titi Diadumeni Aug. L; qui EXCESSIT, ut lapis ajebat, IIII. IDVS. SEPTEMB. L. CAECILIO. SEVERO. T AVRELIO. FVLVO. COS. (7) Quintò, XXXVII. Coetus, prægustator D. Auguſti, in lapide celebri, quem laudant Gruterus [8], Fabrettus [9], atq; alii, DECESSIT. NON. AVGVSTIS. M. COCCEIO. NERVA. C. VIBIO. RVFINO COS. [10] Sextò, XXXVIII. L. Cæcilius Syrus, apud Gruterum [11], & Reineſium [12], MORTVVS. EST. III. K. IVLIAS. HORA. X. cujus Epitaphium, omni omninò carens piæ Religionis ſigno, Ethnicis adjudico; quandoquidem, licèt poſitum fuerit Chriſtianorum tempore, ut ad ejus marginem adſcripſit Gruterus (animadvertens, eum ex tota Epitaphii narratione, & characteribus in eâ ſignatis, Lucium hunc Cæcilium obiiſſe, anno Chriſti CLXXIX, 27. Maji) tamen illud, chriſtianum neutiquam fuiſſe ait Epitaphium ipſum, in quo dicitur ELATVS fuiſſe FREQVENTIA MAXIMA, quæ narratio κενοδοξίαν & Thraſoniſmum neſcio quem potiùs, quam Chriſtianam modeſtiam, atq; humilitatem ſapit. Non diffiteor quidem potuiſſe ſub Commodo, qui tum imperabat, celebrari funus, etiam a Chriſtianis, frequentiâ maximâ: ut enim ex Lampridio, ac Tertulliano benè animadvertit Card. Baronius [13], vendiderat avarus Princeps, *ſupliciorum diverſitates*, *& ſepul-*

[1] *Tibull. lib.* 3. *Eleg.* 5.

(2) *Apud Grut. Th.* DCCCCLXXXII. 3.

(3) *Scio Formulam hanc ita accipi a Barnaba Briſsonio*, lib. 1. de Formulis, & Solennibus Populi Romani Verbis, Pag. (mihi) 114, *quaſi religioſa eſſet, & impletum a Ruſticella Cytheride Votum aliquod ſignificaret; nec reprehendo viri longè doctiſſimi conjecturas. Sed neq; puto reprehendi poſſe eum, qui debitum a Ruſticella redditum interpretetur de morte, cui* nos, & noſtra debemur, *ut Horatius ait. Ea ſanè Inſcriptio ſepulcralis eſt, & Ruſticellæ hujus Cytheridos Epitaphium continet. Præterquam quòd phraſis illa*, REDDIDIT DEBITUM, *in Epitaphiis Chriſtianis expreſſa, apud Fabrettum, cap.* IV. 485. *pag.* 329. *& cap.* VIII. *pag.* 558, *non aliter quàm de Morte intelligi poteſt.*

[4] *Theſ.* DCCCCLXXXXVIII. 8.

[5] DCCLII. 2.

(6) *Grut.* DXCIX. 9.

(7) *An fortè Anno æræ Chriſtianæ* 89., *Urbis conditæ* 842?

[8] *Theſ.* DCII. 4.

(9) *Inſcr. dom. cap.* II. 69.

(10) *Cum hoc par Conſulum in Faſtis non reperiam, dubitãdum occurrit, an Cajus iſte Vibius Rufinus ſuffectus fuerit Domitiano* XV. *Coſ. anno V. C.* 843., *Chriſtianæ æræ nonageſimo.*

(11) *Theſ.* DCCCLXV. 1.

[12] *Synt. Inſcr. Claſs.* XVII. 30.

[13] *Notis in Martyrolog. Roman. ad diem* 18. *Aprilis.*

pulturas: hinc Eccleſia pacem auro redemerat, *tributum Fiſco pendens, ut tutò agerent Chriſtiani*, quos præterea fovebat beneficiis Martia, Commodi delicium. Sed ut Chriſtiani tùm, Romæ, funera ſuorum numero magno honeſtarint (publicè etiam, ſi vis) quis credat, voluiſſe hoc in titulis ſuis notare? Nihil ſanè hujuſmodi in Chriſtianorum titulis legiſſe me memini; præterquam quòd legentibus hoc L. Cæcilii Epitaphium nihil apparet, quod Chriſtianam ſimplicitatem ſpiret. Numeretur itaq; inter lapides Ethnicorum, quibus etiam eum adſcripſere laudati Gruterus, ac Reineſius.

Adde *Septimum*, XXXVIII. ex quo habes diem mortis M. Ulpii Phedimi [1]. ABSCESSIT enim SELINVNTE. PRID. IDVS. AVGVS. NIGRO. ET. APRONIANO. COS. (2) ut lapis ſinè hæſitatione narrat. Ethnicum autem eſſe hoc Epitaphium eruitur, tum ex eo, quòd duo ejus exempla in duabus ſepulcri frontibus locanda reperiantur [3], quod in Cœmeterialibus loculis accidere non poteſt; tùm, quòd PIACVLO. FACTO. PERMISSV. COLLEGII. PONTIFICVM. RELIQVIÆ. EIVS (Phedimi) TRAIECTÆ. SINT, quod a Chriſtianis moribus, & phraſibus, alienum quàm maximè eſt.

Et illa quidem apud Gruterum. Jam, quæ apud alios antiquarum Inſcriptionũ Collectores obſervari poſſunt Paganorum Epitaphia, cum notatis Kalendis, ac Nonis, diem atrum mortis ſignantibus, enumeremus. In Codice MS Bibliothecæ Vaticanæ, quem, permiſſu Eminentiſs. ac Reverendiſſimi Domini Card. Quirini Bibliothecarii, conſulere licuit, refertur Inſcriptio, XXXIX. ſepulcralis L. Lupilii, qui OB. V. KAL. MAI (4), & XL. P. Pacurtii Auliatis, qui MOR. IDIB. QVINT: utraq; ex Lapide antiquo in Calabris apud Lupios, utraq; Ethnica, cùm una monumentum in Foro poſitum, altera Gladiatores in funere datos commemoret. Habemus igitur *Octavum*, *Nonumq;* Epitaphium Ethnicum, ubi ſignatur expreſsè mortis dies. Sit igitur *Decimum*, XLI. ex Reineſio [5], apud quem Sex. Julius Meleonus O. E. A. D. XIIX. K. SEXT. P. DOL. COS; Anno ab Urbe condita DCCLXIII, æræ communis decimo. Saxum ipſum in Epiro vidit Langermannus, & malè tranſcriptum Reineſio, ac nobis dedit. Videtur legendum, *Obiit ex ante diem*, vel *Obitum fecit*; (niſi fortè ſigla fuerint D. E. *Defunctus eſt*) *ante diem duodevigeſimum Kal: Sextileis, P. Dolabella Cos.*

Undecimum, XLII. Reineſio eidem ſubminiſtravit Sirmondus: eſt autem Epitaphium Calpurniæ Donatæ: Hæc verò DECESSIT, ut in lapide rotundè ſcribitur, IIII. NON. SEPT. BLANDO. ET. POLLIONE. COS, qui ſuffecti fuere, anno Urbis DCCLXX (ut Reineſius ait [6]) Chriſto adhuc intra officinam Nazarenam latente; eſt enim ille annus æræ Chriſtianæ decimus ſeptimus.

Duodecimum, XLIII. legitur apud Fabrettum [7] poſitum Blaſtioni puero: neceſſe eſt autem pro Ethnico habeatur, cùm & nullo chriſtianæ religionis ſigno diſtinctum ſit, & notas profanas habeat D M; quæ licèt aliquando Chriſtianis epitaphiographis obrepſerint, tamen cùm ſejunctæ ſint ab omni veræ religionis indicio, non niſi temere ad Chriſtianos traherentur. Puer ergo iſte infelix Blaſtio, dicitur in ipſo Epitaphio, DEFVNCTVS. III. ID. IVNIAS.

DEFVNCTVS pariter dicitur, ſinè literarum compendiis, IIII. NONAS AVGVSTAS. Q. MVSTIO. PRISCO. M. PONTIO. LAELIANO COS, Phoebus ge-

[1] *Grut. Theſaur.* DLXXVIII. 1.
[2] *Anno Chriſti* 117.
[3] *Sunt Romæ, in fronte domûs proximæ Ædi S. M. de Quercu*
[4] *Edita eſt utraque inter Inſcriptiones collectas a Donio, Claſſ. V.* 101. 102.
[5] *Claſſ.* XIX. 21.
[6] *Synt. Inſcr. Claſſ.* XVII. 32.
[7] *Inſcr. domeſt. cap. III.* 421.

nere Hiſpanus, in lapide, quem in conditorio Ethnico Libertorum Liviæ reperit, ante annos quinque, Eminentiſſimus Card. de Polignac; quæ inſcriptio, una cum omnibus, quæ in eo conditorio inventa ſunt, Typis æneis expreſſa, atq; edita eſt, ab Equite Petro Leone Ghezzio, apud Dominicum de Roſſi. Erit igitur hoc Epitaphium *tertiumdecimum*, XLIV., inter ea, quæ diem mortis clarè, ac nomine ſuo indigitant.

Neque ab ea voce DEFVNCTVS, & a notando obitus die, abhorruit Epitaph. *Decimumquartum*, XLV. M. Badii Victorini Pueri, apud Cl. Gorium [1]; in quo Epitaphio, de Badio illo dicitur, DEFVNCTVS. EST. III. KALE.... reliquis vel mutilatis, vel detritis. Hanc verò inſcriptionem Ethnicis adjudicandam puto, ductus argumento eodem, quo Blaſtionis pueri titulum, Ethnicum credidi: & hic nanque habentur dedicationis literæ D. M; & præterea nulla ibi legitur phraſis, quæ chriſtiano infanti, potiùs, quàm pagano, poſitum lapidem ſuadeat. *Decimoquintò*, XLVI. Anræus Firmus Puer, in lapide apud Fabrettum (2) dicitur ab Elogio ſepulcrali DEFVNCTVS. IIII. IDVS. SEPTEMBRIS, nullo anni charactere appoſito. *Decimoſextò*, XLVII. In Urnula elegantiſſima hortorum Pamphiliorum (Urnulam autem dico, ne quis de inſcriptionis ethniciſmo ſcrupulum moveat) habetur Epitaphium Recaniæ C. F. Meciana: ea verò, ut dicitur in ipſo ſaxo, MORTEM. OBIIT. III. K. FEB: neque ab ea die infelici adſcribenda deterritus eſt T. Flavius Liberalis maritus, qui dilectæ Uxori monumentum poſuit.

Decimoſeptimò, XLVIII. Circumſcribit quidem, ſed tamen nominat, infauſtum mortis diem, inſcriptio [3] ſepulcralis C. Julii, Aug. Lib; Erotis, piſtoris candidarii; quæ reperta in Villa Albana Eq. Hieronymi Odam, Lotharingi, viri eruditiſſimi, & amici ſuaviſſimi, modò aſſervatur in Muſeo Eminentiſſimi Card. Alexandri Albani. Hic autem C. Julius, PER. ANNOS. QVOS INTER. MORTALIS. FVIT. ANTE. EVM. DIEM. QVI. FVIT. VI. IDVS. MAI. VIXIT ANNOS. L: Sepultus deinde ab Julia Glaphyra colliberta, quæ PRÆSTITIT. OFFICIA. M. ÆMILIO. LEPIDO. T. STATILIO. TAVRO. COS. Anno Urb. cond. DCCLXIV, aræ Chriſtianæ XI.

Sicut autem Chriſtianorum Epitaphia non ſolùm diem mortis ſæpenumero ſignant; ſed etiam non rarò diem Sepulturæ, ſeu *Depoſitionis*; ità & Paganorum tituli aliquando ſepulturæ diem expreſsè adnotaverunt. Pauca affero e pluribus, quæ fortè poſſent, exempla; quibus veritas hæc extra controverſiam ponitur.

Primum ſit, XLIX. antiquiſſimum Epitaphium Oppiæ C. L. Theanonis, cujus (ait lapis a me viſus in Muſeo Kircheriano) OSSA. HIC. SVNT. SITA. AD. VII. K. IVL. CN. LENT. M. CRASS. COS. Retulit hanc Inſcriptionem inter ſelectas, quas edidit Clariſs. Vignolius [4], eamque Epigrammatis Chriſtianis annumeravit; auctoritate (ut ait) ductus Cl. Mabillonii; quamvis eam non modò non Chriſtianam, ſed Chriſto Emmanuele antiquiorem, clament notati ibidem Conſules; qui (ut idem animadvertit) cum magiſtratum geſſere, anno V. C. DCCXL, ante aram Chriſtianam XIV. Quadruplex exemplum notati in lapide funeſto diei, quo Ethnici viri, ac feminæ, compoſiti ſunt, una nobis inſcriptio ſuppeditat. Ea inventa ad Sancti Xyſti, ſecùs Appiam, non procul a loco, ubi ſupralaudata Oppiæ Theanûs inſcriptio reperta fuerat, nunc eſt in Muſeo Eminentiſſimi Card. Albani; & refertur à Cl.

(1) *Inſcr. Etr. Tom* 1. *pag.* 431.
(2) *Inſcr. Dom. cap. V.* 8., *& apud Humphridum Prideaux, Marmor. Oxoniens.* 71.
[3] *Refert hanc Inſcr. Boldet. lib.* 1. *cap.* 39. *pag.* 220.
(4) *Inſcr. Select. Claſſ. III. pag.* 331.

Cl. Blanchino, in Prolegomenis ad Anaſtaſium, Tom. II. Eam verò loqui de ſepultura manifeſtum eſt, cùm & INLATA OSSA, & *Parietes* nominet, & *Columbaria*, in iis ædificata, ad oſsa locanda. En illam.

Secundum L. * XI. K. OCT.
Q. TEDIVS ƆL GERMVLLVS

Tertium LI. * XVI. K. NOV.
OPPIA. M. F. PARIET. IIII. COL. II. [1]
Q. IVNIO. BLAESO. L. ANTISTIO. VET [2]

Quartum LII. * X. K. IAN.
SEX. CAMPATIVS. SEX. L. EVTACTVS.
PARIETE II. COL. I.
C. FVFIO. GEMINO
L. RVBELLIO GEMINO COS (3)

Quintum LIII. * IIII. IDVS. MAI. OSSA INLATA.
LVRIAE. P. L. APRILIS.
PARIETE. II. COL. III.

Sexto loco igitur, LIV. ponatur Epitaphium Hilaræ Minoris, relatum a Sponio [4], a Fabretto [5], a Gorio (6). Ea verò Hilara (ut ſaxum loquitur) SEPVLTA. EST. A. D. VI. K. APRILES. TI. CLAVDIO. NER. P. QVINCTIL. VAR. COS; ab Urbe condita anno DCCXL, ut ait Pighius; veriùs DCCXLI, ante æram Chriſtianam XIII, ut communis recentiorum Chronologorum opinio eſt.

Non eſt hìc omittendus lapis ſepulcralis Titiæ Phoebes, *Septimum*, LV, quem in hortis Matthæjorum Cælimontanis vidit Fabrettus [7]. In eo notatum invenies, OSSA illius CONDITA. XIII. K. OCTOBRIS. GERMANICO CÆSARE. C. VISELLIO. COS, anno nimirum Urbis conditæ DCCLXV, ut ibi Fabrettus ſupputat; vel DCCLXIV, ut ſupputavit Pighius, Chriſto, adhuc puero, in Galileæ pago Nazareth, *proficiente* (8), *Sapientiâ*, *& ætate*, *& gratiâ*, *apud Deum*, *& homines*.

Octavum, LVI. eſto Epitaphium, inventum Romæ, secùs viam Nomentanam, in Paganorum conditorio, quod refertur a P. Matthæo Radero, in tertiis ad Martialem commentariis (9); apud quem videri poterit unâ cum ſepulcri imagine, quidquid ibi inſcriptionum repertum eſt. Inter eas una, quæ non Conſules notat, ſed ſepulturæ diem claré ſignat, M. Annium Juſtum feciſſe ait, VETVRIÆ. EVTYCHIÆ.... MATRI.... IV. K. Decembris. *Nono* loco, LVII. ſit quod e Mazochio Gruterus [10] refert Epitaphium Clodiæ Trophimes; quæ, ut dicitur a lapide, HIC. SITA. EST. NON. MAIAS. FRONTONE. ET. CANDIDO. COS.

Decimum, LVIII. Romæ, in Vinea Carpenſi, Grutero teſte (11), erat ſepulcrale Elogium M. Aurelii Oneſimi; cujus OSSVA. POSITA. SVNT. VI. ID. NOVEMB. CRISPINO. ET. ÆLIANO. COS (12) Et ne ſuſpicère chriſtianum eſse ſaxum, poſitum eo tempore, quo Urbs Chriſtianis referta erat, ſubditur in eodem cippo phraſis, quam Chriſtiani abominati fuiſſent, ARA (ſcilicet *Poſita*) XV. KAL. IANVAR. ISDES. (*ſic*) COS.

 Un-

(1) *Columbario ſecundo.*
(2) *Anno V. C.* DCCLXXIV, *Æræ Dionyſianæ* XXII.
[3] *Anno V. C.* DCCLXXXII, *æræ Chriſtianæ vulgaris* XXIX, *quo ſecundùm recentiores Chronologos Chriſtus paſſus eſt.*
(4) *Miſcell. ſect.* IX. *pag.* 289.
[5] *Inſcr. dom. pag.* 201. *n.* 491.
(6) *Inſcr. Flor. pag.* 420.
(7) *Inſcr. Dom. cap.* VI. 144. *pag.* 477.
[8] *Luc.* 2. 52.
(9) *Ad lib. primum, Epigr.* 93.
[10] *Theſ. Inſcr.* DCCCCLXIX.
[11] *Theſ.* DLXXV. 3.
(12) *Anno Chriſti* CLXXXVII.

Vndecimum a Gadibus teſtimonium, LIX. pro uſu Kalendarum in Paganorum Epitaphiis, refertur a Morali, & Grutero [1]. MARTIALIS. Ann. IIII. K. S. H. S. E; quæ ſigla legenda videntur, *Kalendis Septembribus hîc ſitus eſt*: Additur ſolennis apud Paganos, præſertim verò apud Provinciales Hiſpanos, precatio; S. T. T. L; *Sit tibi terra levis*; ut omnis omnino dubitationis ſcrupulus eximatur, circa ſepulti hujus Martialis religionem.

Duodecimam Epigraphen mortualem, cum notato die ſepulturæ, LX. Novoburgi, ad Danubium, inventam; habet ex Apiano Gruterus [2]. Leges in ea, Saturninium Creſcentem feciſse P. Ælio, ac T. Saturnino, ET. S. (*ſibi*) IIII. KLENDS. IAN; nullis Conſulibus indicatis.

LXI. *Decimumtertium* Epitaphium hujuſmodi ſubminiſtrat ex Holſtenii ſpicilegio Reineſius [3]. In eo Epitaphio narratur Septimius Juſtus avunculus feciſse Septimio Victori nepoti, ALBINO. ET. MAXIMO. COS. XVII. KAL. SEPT. Neq; ullum indicium habet lapis, quare credi poſſit ad Chriſtianos pertinuiſse; & habet literas dedicationis, D M, quare potiùs poſſit ad Paganorum memorias rejici.

Nolo hîc alias afferre inſcriptiones ſepulcrorum Ethnicorum, cum notatis Kalendis: Eæ quidem in promptu mihi ſunt; ſed quia non clarè exprimunt, utrùm dies in iis notatus ad mortem referatur, & ad ſepulturam, an potiùs ad aliquid, quod defunctus, de quo Epitaphium loquitur, adhuc vivens geſserit; apponendæ non fuere, ne incerta pro certis venditare velle videar. Eandem ob cauſam ab aliquibus referendis abſtinui, de quibus (ut jam dixi) dubitant eruditi, ſinceræ ne ſint, an potiùs ſuppoſititiæ. Nolui etiam diligentiùs venari, ut alias ſepulcrales Epigraphas cum notatis Kalendis, Idibus, ac Nonis congererem; ratus negari non poſse, quin aliquando eos dies Epitaphiis ſuis inſcripſerint Ethnici; poſtquam id allatis exemplis manifeſtis, adeò multis, planum feceram.

Retuleram jam hæc in commentariolos meos, circa Julium anni milleſimi ſeptingenteſimi trigeſimi ſecundi; cum eruditiſſimus, atq; elegantiſſimus P. Contuccius Contucci, Rhetor in Collegio Romano Soc. Jeſu, narrat, inventas recèns in Vinea PP. Clericorum de Somaſcha, ſecùs viam Appiam, ad Sancti Cæſarii, multas antiquiſsimorum ſepulcrorum reliquias; quæ tum ſi operis ſimplicitatem conſideres, tum ſi inſcriptionum aliquarum aureum ſtylum, tum ſi characterum figuram, tum denique ſi crebrum cognominis defectum in iis ingenuorum, libertorumq; nominibus, quæ ſunt ibi ſcripta, ſpirent tempora Romanæ Reipublicæ adhuc liberæ [4]. Quod autem propiùs ad rem meam facit, ingens illic numerus repertus eſt urnularum fictilium; quarum moles exigua, ac rudis operis, ad lacrymas profectò, & ad inferias, vel etiam


ſi

[1] *Theſ. Inſcr.* DCXCV. 10.
[2] *Theſ. Inſcr.* DXVIII. 3.
(3) *Synt. Inſcr. Cl.* VIII. 37.
[4] *Antiquiſſimum oportet fuiſſe morem inſculpendi graphio literas vaſculis fictilibus. Aſſervatur namque in Muſeo Collegii Panormitani Soc. Jeſu vas fictile, ſemipedalis, plus minùs, altitudinis, refoſſum, dum fundamenta ponerentur Collegii ejus, ſcriptum characteribus ignotis, quos Phoenicios ſuſpicione non imprudenti quis credat; neq; enim cum notis Punicis quas habemus in numis Siculis, aut cum Græcis, aut cum Arabicis videntur convenire. Ejus ego hîc imaginem* (*Tab.* XI.) *in ſua forma ac magnitudine, & characteres ex eo diligenter exſcriptos exhibeo; quos tamen*

niſi Sibylla legerit,
Interpretari credo poteſse neminem,

Vt






Vas fictile, huius magnitudinis, characteribus barbaris graphio inscriptis notatum; inuentum in fundamentis Collegii Panormitani Societatis Jesu.

Modò asseruatur in Museo Collegii eiusdem.





Vas fictile huius magnitudinis, e' Sepulchris inuentis uiâ Appiâ, ad S. Cęſarium, anno 1732.
Eſt apud Equitem Franciſcum Vettori

Ant. Boua Sc.




Tab. XIV. Pag. 87.



Vaſcula fictilia, ex ruinis antiquiſſimorum Sepulcrorum ſecus Viam Appiam ad Sancti Cęſarii inuenta, anno 1732.
Sunt in Muſeo Victorio Romæ in Muſeo Kircheriano PP. Ieſuitarum, apud Cl. V. Franciſcum Ficoroni &c. alibi

Ant. Boua Sc.



Vas fictile huius magnitudinis, inuentum in Ruinis Sepulcrorum secus Viam Appiam ad Sancti Cęsarii, Anno 1732. Est in Museo Victorio.

Ant. Boua Sc.

ſi velis, ad unguenta plebejis hominibus ibi compoſitis, adhibitas fuiſse perſuadeat. Eæ autem omnes urnulæ, inciſis cultro, vel graphio characteribus in extima ſuperficie, notatum habent Viri vel Feminæ nomen, cui plerumque adſcriptus eſt dies aliquis; ut ſuſpicari poſſis, hominem, feminamve, cujus nomen ibi ſcribitur, vel eum eſse qui defuncto parentaverit, vel eſse defunctum ipſum, cui lacrymæ aut unguenta, aut alii liquores in hiſce Vaſculis inferebantur; diem verò indicatum eſse vel ſupremum, quo ille vixerit, vel eum, quo conditus fuerit; vel eum ſaltem, quo defunctum conſanguinei lugent.

Non quidem abnuerim, ſi quis malit, dies qui ibi notantur, Natales fuiſse, & feſtivos hominibus ibi ſepultis; ſed neque extra controverſiam eſt, aliquas ibi notas reperiri, quæ merè mortuales ſunt; ut Sigla in Vaſculo P. Larci C. L. Hilari: A. D. VII. K. DECEM. O. P; quæ non injuriâ explicari poſsunt; *Ante diem ſeptimum Kal. Decemb. Oſſa poſita*: Sic in Vaſculo Felicis Peticii, notæ illæ SP. K. FEB, legi ſanè poſsunt, ut in gladiatoriis teſseris, *Spectatus Kalendis Februariis*. Sed numquid ab omni cum vero ſimilitudine alienum erit, ſi quis notas eas legat, SEPVLTVS. KALEND. FEBR? Quid characteres in Vaſculo, inſcripto nomine M. Sempronii L. Fil. Tertii? nonne OSSVA clarè dicunt, licèt ibi imperitia Scriptoris inciderit OSSIVA? Quis etiam divinaverit, an hæ vaſculorum epigraphæ pro toto Epitaphio fuerint miſeris hominibus, quibus memoria pretioſior poni vel non potuit, vel pro temporum parcitate non conſuevit? Certè ovum ovo non tam ſimile, quàm inſcriptiones iſtæ, inſcriptionibus iis, ſinè dubio ſepulcralibus, quæ repertæ ad Sancti Xyſti, nimirum non admodum procul ab his, quæ ad Sancti Cæſarii erant [1], ſuprà allatæ ſunt, pagg. 84. 85. Quarum etiã inſcriptionum conformitas inſcriptionibus gladiatoriis, quas Gruterus [2] habet, & Fabrettus [3], ſuſpicionem injiciet de familiis aliquibus Gladiatorum, quæ hic ſub ſuis Laniſtis habitaverint, ibique etiam (locus enim ille erat extra antiquum Pomerium) ſepulcra ſua habuerint. Profectò, ſi Vaſculorum illorum Inſcriptiones Epitaphia eſsent, haberemus nubem teſtium, (nam ſupra trecentas hujuſmodi urnulas ſcriptas, ibi inventas, operæ narrant) ad oſtendendum, conſuevíſse etiam in Epitaphiis Ethnicorum ſignari diem mortis. Sed in re obſcura, ex argumentis dubiis, nolo quicquam, tanquam certum definire. Ipſae potiùs Vaſculorum imagines, aliqui ex his cum ſua ſimplicitate tituli, æquis eruditorum oculis proponantur; ut ii divinent, quid ſentiendum ſit. Vidi, & exſcripſi, aliqua quidem apud ipſum Patrem Contucci, aliqua apud Equitem Franciſcum Vettori, alia apud Cl. V. Franciſcum Ficoroni. I. C.

Ut ajebat ille apud Plautum. Divinent, quos æquus amavit Juppiter. Ego in eo vaſe, craſſiori, & rubrâ cretâ compacto, nihil niſi antiquitatem maximam lego. Vetuſtatis item recunditæ eſt Græca inſcriptio, quæ Urnulæ fictili inſculpta inventa fuit, non multos ab hinc annos, apud Interamnates Nabartes, in Umbris: Vaſculum pro lacrymis fabrefactum fuiſſe videbatur; Inſcriptio verò, inde mihi transmiſſa (quæ explicanda videtur DROSYLA MATER HEDUTONI filio) *hæc erat*.

ΔΡΟΣΥΛΑ ΜΗΤΗΡ ΗΛΟΥΤΩΝΙ

Quæ autem fuerit Urnulæ ipſius figura, aut magnitudo, non novi.

[1] *Vix unus, aut alter lapidis jactus, interjacet inter utrãq; Baſilicam. Quæ a S. Xyſto dicitur, ad lævam eſt, in bivio, ubi Latina ſe ab Appia ſeparat: Eccleſia verò Sancti Cæſarii paulàm inde diſtat; Sed ad dexteram eſt euntibus Romã.*

[2] *Theſ. Inſcr.* CCCXXXIV.

[3] *Inſcr. Dom. cap. I.* 188. *& ſeq.*

1.	C · BALONI · K · MAI
2.	G · GALI · AD · XII K · MAR
3.	P · PVBLIC · M L P · ROTIIM
4.	C · FVRIVS · PR · EID DEC

M · SII-

1. Τὸ *K ad ſignificandas Kalendas ponitur hic, & ſæpe in aliis titulis. In Vigeſimo,* Kalendæ *ſcribuntur, Græcè ne, an Latinè?* ΚΑ. *Figura autem decimæ hujus literæ frequenter malè effingitur in his Vaſculis. Vide in Tab.*XV. *num.*5. *referri ab ea figura* τῦ F. *In aliquibus urnulis ubi ſcribitur* K, *vix eminent ex haſta radii diagonales qui ſiniſtrorſum vergunt;* K. *Inutilia hæc non ſunt ad penitùs agnoſcendem Palæographiam.*

2. AD. XII. K. MAR *Antiqua lis inter Grammaticos, utrùm quæ in antiquis libris inveniuntur notæ* AD, *legi debeant* ANTE DIEM, *vel,* AD DIEM, ſeptimum, *exempli gratiá,* Kalendas Majas. *Definitur lis ab interpoſitis inter utramque literam punctis, quæ ſæpe in his titulis ſunt: ut in* 5. 9. 14. 15. 16. 17. 19. 22. 23. 24. 27. 31. 32. 33. 34. 36. 39. 41. 43. 44. 49. 50. *Quid quòd & illa loquendi formula,* ANTE DIEM, *non verò* AD DIEM, *barbarè quidem, ſed tamen clarè, apparet in titulo, qui allatus eſt num.* 6. *ubi* CLODIUS *ille* LIBERTUS *aut* LIBERTINUS, *malè latinizans gracitat,* ANTI. ΔΙΟΝ. ΤΕΡΤΙΟΝ. ΝΩΝΑΙΣ, *pro,* ante diem tertium Nonas &c.

C. hic Galius, quemadmodum & ſuprà allatus C. Balonius, ponuntur ſinè cognomine: quod ſaltem vicies in hiſce titulis obſervabis. Cùm autem defectus hic cognominis potētiſſimum Archaiſmi indicium *ſit, ut Fabrettus animadvertit* (*Inſcr. cap III. pag.* 240) *hinc non injuriâ ad Reipublicæ tempora referendas haſce inſcriptiunculas ſuprà dixi; cùm præſertim tam multa alia accedant antiquiſſimæ vetuſtatis indicia.*

3. *Num legi oportere quis credat,* Publii Publicii, Marci Liberti, Protemeri? *Senſum alium opportunum inde non exculpo. Hic ex paucis iis titulis eſt, qui diem non notant. Reliqui ſunt,* 25. 30. 40.

Adverte præterea in hoc titulo duas II, *ad* E *notandum, more eo, de quo aliquid dixi* § VII. *pag.* 40. *not.* 2. *Hoc obſervandum & in titulis aliis. In* 5. *habetur,* SIICTILI *pro* SESTILI; *in* 14. DIICBR, *& in* 37. DIICIIBRIS *pro* DECEMBRIS; *in* 16. CARTIIIA *pro* CARTEIA; *in* 24. P. CAIICILIUS, *manifeſtò poſitū pro* CAECILIUS: *in* 14. III; *in* 27. IIID, *& in* 37. IIIDVS, *pro* EIDi*bus, in* 35. AIIMILIA *eſt pro* AEMILIA, *quod etiam videtur archaicum eſſe, & pultiphagorum Quiritium ætatem ſapere.*

4. C. FURIUS *videtur nomen eſſe, quod ibi ſcribitur.* EID *pro Idibus;*

an-

4 C·HVRIVS
IPR·EIDDEC

5 M· SIICTILI·
A·D·VII· F IV

6 CEΞCTOCKΛΩΔIOC
ΔEKoMoYΛIBEPTINOC
ANTIΔIONTEPTIONNΩNAIC

11 LVTATIA
AD IV KO
IVA

17 LICNIA
A·D·K· MARTIAS
YIII

20 A D III
HIK A

22 Q CAECILI SES
A·D·VII IDVS NO

24 A CMCIRIVS
A·D·VI·K QVICTILIS

25 Γ AVLLAE·SALVIAE

26 DERCINA·IVANA
LARIA
IDIBVS·NOVEMBR

27 A o b IV IIID o DEC
M o SEMPRONI·L·F TER
OSSIVA

31 A MINVCI
F S
A·D·IV EIDV

33 P LIGVRIVS
A·D IV NONAS A TR

36 AAI MINIS × TERE
A·D· XIII·K MAIAS

38 P PERCENNI AD VIII EID
F

41 A o AETEI· A·D·VI·NO
MARTIAS

46 A·D II + / D I IV
M BDRI

47 A MINATIAL
NONII NOVM

48 Γ MAECI·A D XVII K FE

50 Γ LARCI·CL
HIL
DECE
A D VIIK
O P

Tab·XV· Pag·89·

5. Ꮇ · SIICTILI ·
⅄ · D · VII · K · IV

6. CЄΞCTOCKΛωΔΙΟC
ΔЄΚΟΜΟΥΛΙΒЄΡΤΙΝΟC
ΑΝΤΙΔΙΟΝΤЄΡΤΙΟΝΝωΝΑΙC

7. C.

antiquâ dipthongo EI *adhibitá in prima ſyllaba, more veteri. Frequens hic in hiſce urnularum titulis. In* 22, 26, *&* 46, *ſcribuntur Idus per literam longam in prima ſede;* IDUS. *Sæpe namque protenſa illa* I. *ſubrogatur vocalibus duabus, ut in caſu patrio,* ANTONI, LUCI *&c. aut dipthongis, ut hic. In titulo* 14. EIDUS *notantur per tria* III, *duobus primis ſonantibus* E. *In* 10, *& in* 19. *ſcribuntur per unicam* E. E. SEP. EI*dibus* SEPTembris; E. O. *EIdibus Octobris. Vide hunc titulum, Tab.* XV. *num.* 4.

5. *Quid ſit character ille, poſt* M. SESTILI *nomen; utrùm ſcribentis imperitiá poſitus ſit ad cognomen ſignificandum; an luſu potiùs quodam ad ornatum ibi ſit exſcriptus, an demum caſu tantùm, neque ſcio, neq; admodum quærere laboravi. Rudes characterum horum figuræ (quas cùm Typi imitari non poſſent, exhibui Tab.* XV. *n.* 5.) *neſcio quid mihi ſpirant de intonſis illis Curiis, & priſcis Fabriciis; aut ego fallor. Legerim hunc titulum;* M. SESTILI. ANTE. DIEM. VII. KAL. IVN. *niſi fortè ultimi illi characteres* IV, *accipiendi ſint pro* N, *& ſignificent* NOVEMBREM.

6. *Multa ſunt, quæ in hác urnulâ ſemigræcè ſcriptá adverti poſſint. Sextus hic Clodius appellatur* Decimi Libertinus: ΔЄΚΟΜΟΥ ΛΙΒЄΡΤΙΝΟC. *Mallem Libertum credere, niſi prænomen contumax repugnaret. Legamus itaque* Sextus Clodius, Decimi (*ſcilicet* Filius) Libertinus. *Tertium verſum legi oportere,* Ante diem tertium Nonas, *præmonui in animadverſionibus ad titulum* 2. *Omittitur inſigni negligentiá, nomen menſis ad quem ſpectant illæ Nonæ; Sed fortè ultimum illud* C, SEPTEMBREM *indicat, aut* SEXTILEM. *Vaſculum ipſum, quod diu apud me fuit, ac diligenter conſideratum; ligonis ictu percuſſum, atque in ſuperficie detritũ eſt, poſt illas* ΝωΝΑΙC. *In ea verò lævigatæ ſuperficiei fractura videre adhuc mihi videbar veſtigium unius* ε ψιλου. *Quo caſu, non omiſſum fuiſſet menſis nomen. Deeſt illud tamen in titulo* 21. *Dubitari etiam poſſit de titulo* 20. *Verùm, ego credo primos characteres ſecundi versûs (in Tab.* XV. *num.* 20.) ЧI *legendos eſſe* SE *pro* SEPTEMBRI *item, vel* SEXTILI (*Et ſanè, habes exemplum etiam in his titulis literæ* S *ità ſcriptæ* ꟸ. *Vide Tab.* XV. *num.* 22. *&* 33. *Vide & tit.* 47. *ubi* NONI Γ NOVM, *ſcriptũ eſt pro* NONIS NOVEM) *duæ autem illæ lineæ* II. *tituli* 20, *quarum una characteri* ꟸ *ex parte adhæret, valent* E, *ut ad titulum* 3. *diximus. Igitur ille titulus* 20, *ità lectus, menſem indicaret. Sic etiam in Tit.* 21. (*Vid. Tab.* XV. 21) *ſupra nomen* ЄIDV *leviter impreſſæ videntur vaſcula*

ipſe

7. C · IVNI · ALI
AD K IV

8. POR-

ipſi notæ F. S. ad Februarium notandum. Sic & in tit. 50. P. Larcl, ſuperpoſitum eſt nomen Decembris, cujus oblitus fuerat rudis artifex, qui graphio Vaſculum inſcripſerat.

Sed quod utiliùs obſervabitur in characteribus temporum adeò antiquorum, quales ſunt ii, qui in hac urnula inſcripti ſunt, eſt figura literarum c & ϵ, ità efformatarũ, in hemicycli ſpeciem potiùs, quàm quadrato charactere, Σ, E. Etiam in titulo 5. exprimebatur per ſemicirculum litera S, poſita ſecundo loco in nomine SESTILI, ita ſcritto; SIICTILI. Placet enim magis ibi SESTILII nomen quàm SECTILII. Hujus animadverſionis meminiſſe juvabit § XV. Similem in quinta Latinorum nota figuram habes in titulo 22, in 31, & in 38; quod pariter tenendum alta mente repoſtum. Adverte etiam figuram τοῦ Ξ, a communi aliquantulùm variantem; quamque in ſæculi tertii, quartique, a nato Chriſto, inſcriptionibus vidiſſe me aliquando memini. Adeò verum eſt illud, Nil ſub Sole novum.

In ſecunda hujus ſexti tituli lineâ τὸ Ομικρον pingitur charactere præ reliquis exiguo. Ità Græcorum antiquiſſimi ſcribere conſueverunt; ut ex marmoribus, ac numis vetuſtis patet. Baſis nuper inventa Syracuſis, tres pedes longitudine, duos altitudine, totidem latitudine adæquans, quæ ex foraminum trium veſtigiis, in ſuperiori parte adhuc durantibus, videtur ſuppoſita fuiſſe aræ alicui, aut tripodi, ſic ſcribitur; etiam literâ Θ reliquis minore.

ΒΑΞΙΛΕοΞ ΑΓΕ
ΙΕΡΩΝοΞ ΙΕΡοΚΛΕοΞ
ΞΥΡΑΚοΞΙοΙ ΘΕοΙΞ ΠΑΞΙ

Quam inſcriptionem Doricè conceptam (Doricè enim Syracuſii loquebantur, quemadmodum ex Pindaro, atq; ex Theocrito liquet) facilè intelliges, ſi primum verſum ſuppleas. Βασιλέως ἁγέμονος. vel ἁγεμονεύοντος., Doricè pro ἡγέμονος, vel ἡγεμονεύοντος: Senſus enim tunc erit: Rege præeunte Hierone, Hieroclis (*filio*) Syracuſii Diis omnibus obtulerunt: Gratulaberiſque eruditis viris, detectum, lapidis hujus ope, Patrem Hieronis alterius, Syracuſarum Tyranni: quem Juſtinus, & ex Juſtino recentiores, Hieroclyti filium dixerant. Hic enim lapis de ſecundo Hierone loquitur. Primus namque Hiero, Dinomenis filius fuit, non Hieroclis: fuit enim frater Gelonis, item Tyranni, quem Dinomenis Filium Scriptores veteres appellavere.

7. Titulus hic inſcriptus eſt collo Ampullæ fictilis, cujus icon in ſua magnitudine æri inciſa exhibetur

8. PORTVNALIA
MARTA · PIOTICA

M LI-

beturTab.xiii. *In ejus ſecundo verſu lege latinè dictum*, Ante Diem Kalendarum Juniarum; *neq; ſemper eſſe neceſſarium Orbilianum illud*, Pridie. *Subducere itaque poterunt ferulæ manum hoc exemplo Pueri Grammatici, ſi quando inexorabilis Priſcianus nolit, quaſi latinè dictam, accipere eam formulam. Eam rurſus invenies in titulo* 17. A. D. K. MARTIAS: *Verùm in eo titulo, characteres* VIII, *qui ſuppoſiti ſunt, fortè ad ſuperiora trahendi, atque cum ſuprapoſitis ſiglis legendi*, Ante diem oct. Kalendas Martias. *Saltem formulam eam*, Ante diem Kalendarum, *videbis in titulo* 49; *ubi facilè ſcriptum eſt* II. JUN; *pro* EIUNIO; *Conſidera etiam tit.* 46.

In hoc primùm titulo occurrit A, *peculiari forma ſcriptum; quod antiquitatis ſignum eſt: non illud quidem certiſſimum, atq; extra omnem dubitationem, cùm & in poſteriorũ ſæculorum aliquibus inſcriptionibus inveniatur Vocalis hæc, ſimiliter ſcripta: Verùm, ubi hæc primæ Vocalis configuratio cum aliis conjuncta eſt prudentibus Archaiſmi notis, ſuo pondere non caret. Eam ſæpe ità ſcriptam habebant alii Urnularum hujuſmodi tituli.*

8. *Hoc* PORTVNALIA, *diem notat* XVI. *Kal. Septembris; ſive (ut vulgò dicimus) Auguſti* XVII. *Feſtum enim* PORTVNALIORUM *eo die celebratum fuiſſe, eruimus ex antiquo Kalendario Card. Maphæi, apud Gruterum* CXXXIII.; *ubi in laterculo, qui Auguſtum habet, ac feſta eo menſe celebranda, videbis lineâ* 17. *hos characteres*, E PORT. NP; *quorum prima litera* E, *ſpectat ad cyclum octagrammum nundinalem: mox* PORTunalia *annuntiantur: tum dies ille dicitur eſſe*, NP, *ſcilicet*, Nefaſtus Primò. *Notatur hoc idem feſtum Portunaliorum in fragmento Kalendarii alius antiqui, in ædibus Capranicis (apud Gruterum* CXXXIV) *in quo ad* XVI. *Kal. Sept. ſcribitur*: E. XVI. PORTUNO. AD. PONTEM. AEMILI. *Ubi ſimiliter litera* E, *ad cyclum nundinalem ſpectat: numerus verò* XVI *diem notat* XVI *Kal. Sept. Pons autem Aemili; apud quem* PORTUNALIA *hæc celebrantur, idem facilè eſt, ac Pons qui antiquioribus Romanis, antequam e lapide conſtrueretur ab Aemilio Lepido, ligneus erat, ac* SUBLICIUS *dicebatur, infra Aventinum, tranſmittens ad Portam Portuenſem. Hinc, quia hujuſmodi Feſta ad Tiberim celebrabãtur*, TIBERINALIA *dicuntur in Kalendario ſæculi quarti, quod refert Bucherius.* (in Vict. Can. Paſch. pag. 235.) *Ibi namq; ad Auguſti diem decimamſeptimam leges*, E XVI. TIBERINALIA. *Titulus itaque Vaſculi hujus octavi ſpernendus non eſt, qui tam diſtinctè notat Feſtum, de quo in Lapidibus non niſi modica, ac trunca mentio. Nomen, quod illud ſequitur*, MARTA, *fortaſſe ſcribi debuit* MARTIA; *ſicuti & in tit.* 17. *ſcribitur* LICNIA, *ubi facilè ſcribendum fuit* LICINIA. *Ejus Martiæ nomen ſervile fuerit* PIOTICA, πιοτικὴ, Obeſa: *Fortaſſe tamen in ſcriptione nullum eſt mendum; & agnominè, non cognomento, Serva hæc* MARTA *dicta erat ob pinguedinem* PIOTICA.

9.	LIVIA A · D · VI · · NO
10.	TI · MANLI E · SEP.
11.	LVTATIA AD · IV · K O NA
12.	P · IVNI · PR · K · OCTO
13.	Q · TITINI · A D · XII K · IVN.
14.	M · COLAO · M · L A · D · III DIICBR
15.	C VN · POPONI A · D · IIII · K · MAR.
16.	CARTIIIA · A · D · IX · K MAI

LI-

10. E. Sep. Eidibus Septembris. *Vide ſuprà notata ad tit.* 4.

11. KO. Kalendas Octobris. *Quod ſequitur* NA *difficiliùs explicabitur; Vide an ſignificet* Natali ſuo. *Exprimendos diligentiùs curavi tituli hujus characteres, Tab.* XV. *num.* II.

12. P. Juni. PRidie Kalendas OCTObres.

14. *Quæ ad hunc titulum dici poterant, dicta jam ſunt in conjectaneis ad Tit.* 3.

15. *Hujus* C. VN. POPONI *ignoramus Gentē, obſcurè expreſsā literis iis* VN. *In hoc titulo ſculpitur litera* P, *figurá antiquiſſimá, & ſemigræcá: quá figurá in ſepulcris Furiorum Tuſculanis ſcripta erat, ut habes ex Fabretto*, Inſcr. cap. III. 643. 644. *Similiter expreſſam habemus eam literam in ſequentibus titulis* 24. 25. 27. 33. 38. 48. 50. *Fortè* Poponi *ſcriptum, cùm debuiſſet ſcribi* Pomponi.

16. Carteiam *hîc lego; defunctam Ante Diem* IX. Kal. Mai. *Vide obſervata ad tit.* 3.

17.	LICNIA A · D · K · MARTIAS yIII
18.	DEMETRIVS P K IVN
19.	P · TVSANIVS A · D · III · E · O
20.	AD III HI KA
21.	A · D · IX VINVLEIA K
22.	Q.L.AECILISES A · D · VII · IDVS NO
23.	A. D. X. K. IAN. CN. COR

17. *Legerem, ut innui in Conjectan. ad tit.* 1, *&* 8, LICINIA. ANTE · DIEM · OCTAVVM. KAL. MARTIAS. *Contemplare characteres hoſce meliùs expreſſos, Tab.* XV. *n.* 17

18. *Figuram ac magnitudinem Vaſis inſcripti nomine* DEMETRI *hujus, vide Tab.* XIV.

19. P. TUSANIUS, *Ante Diem III. Eidus Octobres. Videantur notata ad tit.* 3.

20. *Anonyma inſcriptio, ut multæ apud antiquos, de quibus Fabrettus, & ego aliqua ſupra,* §. VII. *pag.* 46, *& inf.* §. XII. *Ex animadverſis ad tit.* 6. *legenda videtur,* ANTE. DIEM. III. KAL. SEPT. *aut* SEXTILEIS. *Characteres exactè expreſſos conſule Tab.* XV, *num.* 20.

21. *Nota Kalendarum detruſa eſt in inferiori linea, poſt* VINULLIÆ *nomen. Nomen verò menſis, ad quem hæ Kalendæ ſpectant, rudis & impolitus Scriptor omiſit. Vide quæ in re ſimili dicta ſunt, ad tit.* 6.

22. *Intonſus aliquis Camillus hunc titulum ſcripſerit. Characterũ barbaries refertur diligenter, Tab.* XV, *num.* 22, *ubi totam intuebere priſcæ ætatis in ſcribendo ſimplicitatem. Tertium nomen illius* Q. CÆCILI *difficilè expiſcabimur in rudibus illis characteribus* ЧES. *Num fortè ibi nomen tribus* SERGIÆ *indicatum voluit Scriptor ignarus?*

24.	P CAICILIVS A. D. VI. K. QVICTILIS
25.	PAVLLAE · SALVIAE
26.	DERC[illegible]NA · IV NANALARIA IDIBVS · NOVEMBR
27.	A o b [illegible] VI III I) o ΔEC M o SEMPRONI . L . F TER OSSIVA
28.	PROTARCVS · P · K F PVB
29.	C · ALB · RVTILIVS AD · VIII · K · APR

30. L

24. *Et hic* P. CAIICILIUS (*ſic enim pro* CAECILIUS *legendi videntur characteres barbari*) *feliciorem ſcriptorem ſortitus non eſt. Imitatus ſum eas literas,Tab.*XV.*n.*24. *Nomen menſis* QVICIILIS *aliud eſt indicium ad titulorum iſtorum vetuſtatem dignoſcendam*: *Nondum ſcilicet* JULII *nomen in Faſtos tranſierat.*

25. *Legendum* PAVLLÆ SALVIÆ. *Litera P,more græcanico* Ρ *Conſule dicta ad tit.* 15, *& picta in Tab.*XV. *num.* 25.

26. *Magno me beneficio ſibi obſtrinxerit, qui docuerit quid tandem ſit illa* NANALARIA. *Formam characterum exhibitam habes,Tab.*XV. *num.* 26. *Vaſculi magnitudinem ac figuram, Tab.* XIV.

27. *Et hujus tituli characteres,Tabulæ æreæ incidendi fuerunt.ut conſiderari poſſent. Habes illos,Tab.*XV. *num.* 27. *Legerem Notas*: Ante Diem IV. EIDUS (III *pro Ei*) DEcembres: Marci SEMPRONI,Lucii Filii,TERentinâ (*Tribu*) OSSUA. *Relege quæ ſupra diximus,pag.* 87, *ac ſi meliora noviſti, candidus imperti.*

28. PROTARCUS,Pridie Kal. Februarias. PUBlicus,*ſcilicet* Servus. *Ubi neglectam notabis aſpirationem in* PROTARCHI *nomine, quod ſplendidum, & aſſumi ſolitum ab iis, qui ex humili conditione repentè diteſcerent,ſcripſit Lucianus, in Timone.*

29. *Vas, in quo inſcriptus erat C. hujus Albii Rutilii titulus, exhibetur in ſua magnitudine, Tab.* XII,*ex Muſeo Victorio.*

30. L CANTVLIVS MAMERTI
FECIT

31. Ꭿ · MI NVCI
F S
Ꭿ · D · IV ЄIDV

32. Ɱ · VERGVLEI
A · D · VI · EID · Ɱ AR

33. P. LIGVRIVS
Ꭿ x Δ IV NONAS NIF

34. ꞘLFENO LVCI
Ꭿ · D XII C NOEM


35.

30. Mamerti. *Num* Mamertinus *patriâ? Num cognomine? An potiùs* Mamerti *Filius?*

31. *Titulum hunc legendum* Ante diem iv. eidvs Febrvarias *conjeci, in dictis ad tit.* 6. *Hujus autem Tituli characteres exhibui diligenter exſcriptos, Tab.* xv, *num.* 31.

33. *Monogrammata illa malè formata, quæ videre poteris Tab.* xv, *num.* 33, *legenda opinor;* Ante diem iv. nonas Martias. *Vaſculi verò hujus magnitudinem & formam, videre licet, Tab.* xiv,

34. *November hic ſcribitur* Noem: *in* 44. *ſcribitur* Nvem: *in* 47. Novm. *Syncopæ ſunt, quas imperitia ſcribentium, non artis obſervatio, aut loquendi modus protulerit. In Cœmeterio Sancti Hermetis ſcriptum invêni in calce, ad defunctæ loculum,* nob, *ad Novembrem ſignandum:*



35. ΛIMILIΛ . ΛD . III . NON . FE

36. A-AIΛAINIS × TERE
A · D · XIII · K Z MAIAS

37. PAPIRI . ARIDIIIDVS DIICIIBRIS

38. P PERCENNI A D VIII ID
F

39. TITINIA · A · D · VII · K MAR

40. C LVTATI Q L

41. A o AETEI-A D VI NON
MARTIAS

42. FELIX PETIC SP K FEB
M CAESOG[illegible]S

43. C.

36. *Debui & has notas æri inciſas dare, ut bene repræſentarentur. Sunt in Tab.* XV, *num* 36. *Eas quæ in primo verſu ſunt, neque hercle, qui ſcripſit, legere queat. Dubitabam an lateret in iis Aulus aliquis* Aimilius Terentinus, *vel* Terentianus. *Sed fortaſſe & ibi* TEREntina *Tribus innuitur, ut in* 27. *Certi nihil poteſt excul- pi a tam conciſis, tamque imperitè ſcriptis characteribus.*

37. Papiri. prid. eidus. Decebris, *omiſſâ* M, *ſolenni plebis idiotiſmo, de quo* §. XIII.

38. *Et hunc* P. Percenni *titulum conſule, Tab.* XV. *num.* 38.

39. P *illud ſubrepſiſse pro D, norunt & qui nondùm ære lavantur.*

40. *En* Caium Lutatium, *non Caji alterius, ſed* Quinti Libertum. *Non ſinè utilitate hoc notabitur.*

41. *Meruerunt hujus tituli notæ diligenter exhiberi. Dedi illas proinde Tab.* XV. *num.* 41.

42. Felix Peticii, *Servus: ſivè ut eâ tempeſtate loqui malebant,* Peticipor; *ſcilicet,* Petici Puer. *Fuerit autem ille* Peticius *Laniſta, qui Gladiatores alebat: an in Ludo Aemilio, de quo Horat. in arte Poëtica? Sanè* Aimilios, Aimiliasque *habent hi tituli* 35, & 36. *Præterea in teſſera gladiatoria, apud Fabrett. Inſcr. Cap.* I. 196. *nominatur Gladiator* Petici *Servus.*

APOLLONIUS
PETICI
SP. K. APR
L. AFR. Q. MET.

Ex qua etiam teſſera, Peticii, & *conſequenter Urnularum harum ætatem licet utcumque conjectari:*

cùm

43. C. VALERI · C · L · BARNAES
A · D · X · K · DEC

44. IVNIA · C. F
A · D · IX · K · NVEM

45. C PACCI · C · L SALVI
PR · NON · IAN

46. Λ D II × / Δ · I IV
ꟽ Γ L D R I

47. Λ MIN ATIA L
NONIΓ NOVM

48.

c'm ibi laudati Cõſules, Afranius, ac Metellus, eum Magiſtratum tenuerint, anno V. C. DCXCV, *ante Chriſtum* LX.

Fortè etiam notæ PETIC. *in Vaſculo, ſignificant tertium nomen hujus* FELICIS, *quod fuerit*, PETICIUS, *aut* PETICIANUS. *Notas* SP. K. FEB. *legi non temere poſſe*, SEPULTUS KAL. FEBR. *ſuprà, pag.* 87, *conjectabar*. MARCUM CÆSONEM GALLIUM, *qui mox nominatur, Officia ſuprema Felici præſtitiſſe, non vanâ fortè conjecturâ credideris. Si cui opinata hæc non arrident, alia ſequatur; in me mora non erit ulla.*

Cæterùm Vaſculi hujus molem ac Figuram tibi repræſentat Tab. XIV.

44. *Ante Diem* IX. KAL. NOVEMBR. *vide dicta ad tit.* 34.

46. *Recole Tab.* XV, *num.* 46. *Lego barbarè ſcriptas notas; Ante Diem II.* ID. IUNIAS. Marci FLORI; *En formulam aliam, ad enunciandum diem, quæ fuerit* PRIDIE IDUS.

Non fruſtra releges, quæ obſervavi ad tit. 7.

47. *Hunc etiam titulum dat cum ſua barbarie Tab.* XV. *num.* 47. *Legendum crediderim:* Auli MINATI· Auli Liberti. NONIS NOVEMBR. *Huc faciunt conjecta ad titulos* 6, 34, 44. *Adde bis figuram literæ S, ita ſæpe ſcriptam,* Γ, *in lapidibus non paucis, ex iis etiam ineditis, quos attuli, afferamque in hac eadem diſſertatione.*

Intereà hac Inſcriptione Chriſtiana contentus eſto, quam excepi ex autoglypho Romæ, apud D. Pellegrini, Equitem S. Jacobi; qui narrabat, inventam illam in Cœmeterio neſcio quo, unâ cum corpore, ſigna Martyrii conſepultâ habente. Quod ſi ità eſt, dicendum LIBERAM *hanc* NEOPHYTAM, *vel ab Arrianis, vel à Paganis ruſticis cæſam populari tumultu: neque enim, anno æræ Chriſtianæ* CCCLXXIV, *quo Conſules proceſſere Gratianus Aug. III., atque Equitius, quidquam movit auctoritas publicâ contra Catholicos. Verùm hæc extra rem ſunt: Sola namque literæ S figura nunc ibi*

pro-


48. P · MAECI. A D XVII K FE

49. L · VALERIVS SPINHHER A · D · K II · IVN

50. P LARCI · CL HIL DECEM A · D · VII K OP

§. XII.

proponitur conſideranda.



Quæ vixit ann. VIII. *Neophyta. Depoſit.. di.e* VI *Nonas Majas, Conſulibus Gratiano* III, *&* *Equitio.*

48. *Ut meliùs exprimeretur litera* P. *in prænomine hujus* P. MAECI, *titulus ipſe æri inſculptus datur, Tab.* XV. *num.* 48.

49. *Minimam inter Urnulas inventas dedi in ſua figura, ac magnitudine, Tab.* XIV. *Legendus eſt ibi* L. VALERIUS SPINTHER; *in cujus cognomine obrepſit ſcribenti, in quinta ſede, litera H, pro ſua T.*

50. Publii LARCI, Caji Liberti (*vel* CLaudia tribu) HILari: Ante Diem VII. KAL. DECEMbris, Oſſa Poſita. *Ità ego quidem legendum hunc titulum opinarer, cujus characteres adamuſſim expreſſos in* [illegible]*nies Tab.* XV, *num.* 50. *Meminer.s eorum, quæ conjecimus ad tit.* 6; *ac præterea recole dicta, pag.* 8;. *Aliquas in hiſce titulis Famili.s Antiquariis adhuc non cognitas, poterit, qui otio abundat, obſerva-re. Ignores certè, an notæ ſint* C.A.N-TULIA, *tit.* 30. DERCINIA, *tit.* 26. TUSANIA, *tit.* 19. VERGULEIA, *tit.* 32. VINULEIA, *tit.* 21.

§. XII.

NOMINA DIERUM PROFANA ETIAM APUD CHRISTIANOS.

NOminatur in SEVERÆ epigraphe DIES BENERES, paganico Vocabulo, potiùs quàm eccleſiaſtico nomine FERIA SEXTA, vel (phraſi ex Judæis deſumpta) SEXTA SABBATI: quæ nuncupationes religioſæ congruentiùs adhibitæ fuiſſent in chriſtiano epitaphio; cùm præſertim ab ipſis Apoſtolorum temporibus ſacratiora dierum nomina uſurpata fuerint. Habemus enim ab Apoſtolis nomen diei DOMINICI. Ità namque Joannes ille ὁ θεόλογος, in Apocalypſi [1]: Ἐγενόμην ἐν πνεύματι ἐν ΚΥΡΙΑΚῌ ΗΜΕΡᾼ: *Fui in Spiritu in* DOMINICA DIE. Habemus præterea Patrum antiquiſſimorum teſtimonia; Ignatii, Auctoris reſponſionum ad Orthodoxos, Clementis Alexandrini, Tertulliani, aliorumque, qui ſecundo, ac tertio ſæculo, τῆς ΤΕΤΡΑΔΗΣ, ΠΕΜΠΤΗΣ, καὶ ΕΚΤΗΣ, καὶ ΠΑΡΑΣΚΕΥΗΣ nominibus uſi ſunt: quod (ne aliena ſcrinia compilem) fusè & eruditè, ut ſolet, oſtendit Barnabas Briſſonius, in Comm. ad l. *Dominico*. De Spectaculis; in Cod. Theodos. & l. *Omnes dies*; Cod. de Feriis [2].

Mirarer itaque, religioſas dierum appellationes tam raró legens in chriſtianis lapidibus, ſæculorum præſertim antiquiorum; cùm vix unquam in eorum temporum epitaphiis *Feriæ* nominentur, aut *dies Dominicæ*; contrà veró non infrequenter uſurpentur profana dierum nomina ex Ethnicorum ſuperſtitione deſumpta; niſi admirationi cuicumque præcluderet viam Tertulliani auctoritas [3], ajentis, excuſari oportere aliquas loquendi formulas in Chriſtianis, quæ impietatem cæteroqui ſapere viderentur; quandoquidem conſuetudine ipſa, atque ignorantia loquentium emollitæ, non tam irreligioſæ dicendæ ſunt, quam inconſideratæ: *Deos nationum nominari Lex probibet: non utique ne nomina eorum pronuntiemus, quæ nobis ut dicamus converſatio extorquet: Nam id plerumque dicendum eſt*: In Templo Æſculapii illum habes: *&*, Vico Iſidis habito; *&*, Sacerdos Jovis factus eſt; *& alia multa in hunc modum; quando & hominibus hoc genus nomina induuntur: Neque enim Saturnum honoro, ſi ità vocavero eum ſuo nomine: tàm non honoro, quàm Marcum ſi vocavero* MARCUM .... *Hoc præcepit, ne Deos vocemus illos* .... *Cæterùm conſuetudinis vitium eſt, etiam in Chriſtianis, dicere* MEHERCULES, *dicere &* MEDIUS FIDIUS; *accedente ignorantia quorumdam, qui ignorant jusjurandum eſſe per Herculem*. Conſuetudine igitur, non eâ quidem præconio dignâ, ſed tamen excuſandâ, non autem lege, aut præſcriptione chriſtianâ, morem loquendi in antiquis Chriſtianorum lapidibus metiri neceſſe eſt, ſi quando profana ibi dierum nomina uſurpata invenîmus: neque dies dicenda eſt ſimplicibus, atque illiteratis viris, quód ità locuti ſint, ſicuti loqui plebs univerſa conſueverat.

Illmus Annalium Eccleſiaſticorum Parens [4], referens Conſtantini Auguſti reſcriptum [5], datum V Nonas Julias, Criſpo II, & Conſtantino II Cos. (anno ſcilicet æræ Chriſtianæ CCCXXI) cùm ibi legat phraſim, DIES SOLIS *venerationis ſuæ celebrem*; cùmque eamdem nomen-

N cla-

[1] *Cap.* I. 10.

[2] *Refertur in Theſauro Antiquit. Græcarum, Tom.* VIII. *pagg.* 2363. *& ſeqq.*

[3] *De Idololatria cap.* 20.

[4] *Card. Bar. ad ann. Chriſti* 321.

[5] Ad Helpid. Præfect. Prætorio. *Eſt in Cod. Theodoſian. lib.* II. *Tit.* VIII. *de Feriis.*

claturam inveniat in reſcripto alio, dato Non. Mart. Cos. iiſdem; *Artium officia venerabili* Die Solis *quieſcant*: putavit ideo uſurpatum ab religioſiſſimo Imperatore profanum diei nomen, quòd *Gentilibus* præſertim, non verò ſolis Chriſtianis leges illæ ſcriberentur: *Quòd autem diem eumdem, non eccleſiaſtico more* Dominicum *appellat*, *ſed more Gentilium* Solis; *inde colligi poteſt*, *non Chriſtianis ſolùm*, *ſed Gentilibus eamdem legem ab ipſo præſcriptam*; *ob idque uſum eſſe illum peculiari nomenclaturâ*. Nefas profectò ſit Manibus doctiſſimi Viri, & de eccleſiaſtica eruditione adeo meriti, quicquam obloqui. Sunt mihi eſſata ejus pro oraculis, a quibus & ſcire doceor, & vivere: Placet præterea, quod hic colligit, latas ab Auguſto leges has, non ſolis Chriſtianis, verùm etiam, ac fortè potiſſimùm, Idololatris. Cæterùm vereor ut omnibus, verè magis dictum videatur, quam piè, id quod colligit, ex adhibito profano nomine diei Primi; cùm nimis multis documentis oſtendi queat, ἀδιάφορον fuiſſe eo ſæculo, & iis quæ conſecuta ſunt (etiam apud Chriſtianos) uſum nominum, quæ Ethnici invenerant, ad menſes pariter, dieſque indigitandos; etiam ubi ſolis Fidelibus ſcriberetur.

Et Euſebius quidem, ſynchronus auctor, luculenter teſtatur promiſcuum hunc, & communem uſum. Sic enim, lib. iv. cap. xviii. *Cùmque hunc ſalutarem diem*, *quem* lucis, *vel* Solis diem *appellamus &c.* De uſu ſæculi quinti inſequentis (apud Græcos ſaltem) ita Sozomenus loquitur [1]: *Tum* Die Dominico, *quem Hebræi appellant primum Diem hebdomadæ*, *vel Sabbati*, *Græci autem* Solis *nomine nuncupant*: Sed & teſtimoniis multis, tum ex Jure, tum ex PP. quæ ſuprà laudatus Briſſonius congeſſit, evincitur, quarto, quinto, ac ſexto ſæculo, in uſu apud Chriſtianos fuiſſe denominationes dierum a Paganis uſurpatas [2]. Dies Solis, *qui repetito in ſe calculo revolvuntur*, nominantur in eo reſcripto [3] Imppp. Valentiniani, Theodoſii, & Arcadii, AAA, quod datum eſt vii Idus Auguſti, Timaſio & Promoto Cos. [4]. In capite illo poſtremo, quod a Chriſtiano aliquo Notario adjectum fuit Notis compendiariis, quæ circumferuntur ſub nomine Tyronis & Senecæ, habenturque poſt Gruteri Theſaurum; ſimul cum vocabulis, ac nominibus, e Sacris Libris, & uſu Eccleſiaſtico depromptis; enumerantur primò chriſtianæ Feriæ; mox etiam civilia dierum nomina: Die Lvnis, Die Martis, Die Mercoris &c. apponunturque ſingulis reſpondentes ſcriptoriæ notæ ad compendioſam Scriptionem. Opus videtur eſſe quarti Sæculi, aut quinti; quorum proinde temporum uſum, ac phraſin, vèl hinc liceat arguere.

Sed, ut rem conficiamus chriſtianis lapidibus, qui teſtes ſunt inſtituto noſtro magis opportuni; ſæculi tertii morem oſtendit Severæ noſtræ epitaphium. Sæculorum quarti, ac quinti, uſus patet ex ſuprà [5] indicatis Simplicii, Paschasii, & Heliæ inſcriptionibus; quæ licet ſub Imperatoribus Chriſtianis in Cœmeterio chriſtiano poſitæ, nobis tamen occinunt, Diem Satvrnis, Diem Iobis, Diem Beneris. Ad ſæculum item quintum pertinet hoc Inſcriptionis Chriſtianæ fragmentum, quod eſt Romæ in pavimento Baſilicæ Sancti Clementis:

[1] *Lib. primo cap.* viii.

[2] *Videndus etiam in hanc rem Joannes Albertus Fabricius*, *in Bibliographia Antiquaria cap.* x. *pag.* 325.

[3] *Eſt in Cod. Thedoſ. Lib. II. tit.* viii. *de Fer.*


[4] *Anno æræ Chriſtianæ* ccclxxxix

[5] § v. *pagg.* 18. & 19.

[1] T IN PACE CRESCENTI
AN P. M. LXXX DEPVS D
DIE VENERIS P C F L F

En tamen ibi clarè dictum Diem Veneris, pro Feria Sexta. Diem Solis, pro die Dominico, habet alia chriſtiana inſcriptio, ſpectans ad idem ſæculum quintum, apud Gorium [2]; & Fabrettum [3]; quæ cùm notetur, Poſt-Conſulatu Varanæ, & Joannis, apparet poſita fuiſſe anno ccccLVIII.

Incerti ſæculi ſunt, ſed ad quartum, quintum, ſextumve pertinent, inſcriptiones hujuſmodi multæ, quæ integræ afferri poſſent, niſi jam eſsent editæ. Die Bener, eſt in Epitaphiis Braulii, & Feliciſſimi, apud Boldettum (4): Die Iovis, in titulo Tauri [5]: Die Merc, in Epitaphio chriſtiano Aurelii Munni, apud Gruterum [6]; Die Mercuris, & Die Iovis, in Epitaphio Matronæ, Chriſtianæ feminæ, apud eundem [7]; & ſimiliter alibi. Dies Solis eſt in lapide chriſtiano, quem exſcripſi, ad Sanctæ Mariæ trans Tiberim. Edidit illum Cl. Boldetti [8]; ſed apographum meum magis imitatur characterum barbariem.



Diem Solis item memorat chriſtiana inſcriptio incerti ſæculi, quam Cluſio accepi, veluti inventam in ſepulcro Beatæ Juliæ Martyris; ità

[1] *Forſè ſic ſupplenda*. Hic dormit *in pace Creſcentius*, qui vixit *annos*, plus minus, *octoginta. Depoſitus* Decimo Kal. .... *die Veneris*, poſt Conſulatum Flavii Felicis; *anno nimirum Chriſti* ccccxxvIIII.
Ineditam credebam hanc inſcriptionem. Verùm cùm Florentiâ ante tres menſes tranſirem, factâ mihi ab amiciſſimo & doctiſſimo Viro Franciſco Gorio copiâ videndi Antiquas Inſcriptiones, tum Græcas, tum latinas, *collectas a Marquardo Gudio, & nuper in Batavis excuſas; inveni eam ibi, pag.* cccLxvII, *inſc.* I. *Diſcrepant ſanè in quibusdā edita Gudii a ſchedis* M-*SS, quas habeo, ac profero: non tamen poſſum pro ſinceritate alterutrius editionis ſpondere, cùm non ipſe exſcripſerim.*
(2) *Inſcr. Etrur. Tom. I. pag.* 168.
(3) *Inſcr. Domeſt. cap.* x. *pag.* 738.
[4] *Oſſervazioni lib.* II. *cap.* vI. *pag.* 401. 408.
[5] *Ibid. pag.* 413.
(6) *Theſaur. Inſcr.* ML. 5.
(7) *Ibidem* MLIV. 8.
[8] *Oſſerv. lib.* II. *cap. III. pag.* 343.


ità enim Exſcriptor interpretabatur primos Epitaphii characteres. Eccillam, ità interpunctam, ac diſtributam, uti ad me tranſmiſsa eſt.

[1]

B IVLIAE M
SANCTISSIME EX ÇENERE MVSTIOLE SANCTAE
ASINIAE FELICISSIME QVE
VIXIT ANNIS XXXVII POMPONIVS FELICISSIMVS CO
NIVÇI INCOMPARABILI · DEPOSITA · XIII KAL IA
NVARIAS · DIE · SOLIS.

En ΗΜΕΡΑΝ ΔΙΟϹ, ſeu DIEM IOVIS, in chriſtiani lapidis fragmento, quod exſcripſi in pavimento Baſilicæ Sancti Laurentii in Campo Verano; quò facile, e ſubjecto Cyriacæ Cœmeterio, delatum fuerat.

[2]



Quæ

[1] *Dubitavi, utrùm lapis adhæſiſſet ſepulcro biſomo; in quo non una tantum* JULIA, *ſed &* ASINIA FELICISSIMA *depoſita fuiſſet. Fortaſſe tamen Mulieri huic, Martyris* MUSTIOLÆ *conſanguineæ, nomen fuit* JULIA ASINIA FELICISSIMA.

(2) *Videndum an ſuppleri poſſit.*

ΕΝ ΕΙΡΗΝΗ ΧΡΙΣΤΟΥ
ἐπαύσατο Ζώσιμος
ΕΤων ιθ′; τῇ πρὸ δ′ ΚαλΑΝΔΩΝ
ΣΕΠτεμβρίων ἡμέρᾳ Διός.

Ideſt:

IN PACE CHRISTI
Requievit *Zoſimus*
Annorum XIX, *die* IV. *ante Kalēdas*
Septembres; Die Jovis.

Sigma ſcriptum figurá quadratá (ut in hac Inſcriptione) uſitatum fuiſſe Martyrum ſæculo ſuſpicor, ex lecto a me MODESTI *Martyris epitaphio ità ſcripto, in Cœmeterio S. Hermetis*, 1726:

ΕΝ ΕΙΡΗΝΗ ΚΟΙ
ΜΗϹΕΙϹ ΜΟ ☧
ΔΕϹΤΟΥ Δ

In pace dormitio MODESTI. *Loculus intactus erat, & Vaſculo vitreo cruento notatus. Ibi & fragmentum hoc vidi, palmá exſculpta obſervandum, amotum verò erat a loculo*



Et

Quæ exempla non pauca è Lapidibus chriſtianis petita probant, non ideo fuiſſe uſurpatam a Conſtantino Auguſto, in reſcriptis allatis, profanam dierum nomenclaturam, quia Lex Ethnicis ſcribebatur; ſed quia ejus ſæculi conſuetudo emolliverat impiam profani nominis ſignificationem; eo fermè pacto, quo, etiam in ſacris piiſque ſermonibus, qui nunc in Eccleſia ad populum chriſtianum habentur, in vernaculis pleriſque Europæ linguis, conſuetudine ducti uſurpamus profana dierum, ac menſium nomina, quæ ab Ethnicis inſtituta ad nos uſque fluxere; neque eſt, qui irreligioſum quippiam ſuſpicetur in loquendi modo, quem uſus ipſe tolerabilem reddidit.

Quid quòd, & apud priſcorum ſæculorum Fideles, quotidiana ſcribendi, ac loquendi conſuetudo purgavit quodammodo ab impietate irreligioſam maximè formulam dedicationis ſepulcralis, quæ conceptis Ver-

---

Et hæc inventa ibidem, e Martyrum ſæculo eſt.

ΑΛΚΙΝΟΩΝΔΥΟϹΗΜΑΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥΤΕϹΥΝΕΜΩΝ
ΤΡΕΙϹΔΩΔΕΧΘΤΕΙϹΠΙϹΤΟΥϹΓΕΝΕΤΗΠΡΟΕΠΕΝΨΑ
ΙΧΘΥϹ
Γ

Scripta eſt parti averſæ Lapidis, inventi ad loculum Florentii Martyris, cujus epitaphium afferemus infra, § XVII. Adhæſerat autem prius (ut eſt manifeſtum) triſomo ALCINOORUM, *atque* ALEXANDRI, *quos, non temere, Martyres fuiſſe, credo. Hoc mihi* videtur *dicere, epitaphium ipſum, quod apparet ita eſſe legendum, corrigendum, atque explicandum.*

Α'λκινόων δύο σῆμα, Αλεξάνδρου τε συναίμων
Τρεῖς δωδεκετεῖς πιστοὺς γενέτῃ προέπεμψα.
Ἰησοῦς, Χριστὸς, Θεοῦ Υἱὸς, Σωτήρ.
Γ

Alcinoorum duorum ſepulcrum, Alexandriq., conſanguineorum.
Tres duodennes Fideles Mater præmiſi: *vel*, Fideles a Nativitate præmiſi.
Jeſus. Chriſtus. Dei Filius. Salvator.
Tria.

Profectò namque, niſi duos hoſce Alcinoos, atque Alexandrum, trigeminos facere velimus, eodem die natos, atque eodem item die, poſt duodennium, morte naturali defunctos, quòd minùs veroſimile eſt, quàm Martyras dicere; neceſſe erit, ad ſecundum Epitaphii verſum intelligendum, dicamus; fortunatos hoſce Fratres, eodem die baptizatos, poſt duodecim a ſuſcepto baptiſmo annos, fuiſſe die eodem ſublatos e medio, violentâ utique morte, & pro Sacris Chriſtianis obitâ. Hinc etiam fortè, tranſlatis ad locum celebriorem, puta infra Altare aliquod Cœmeterii, illorum exuviis, tabula ſepulcralis, quæ pro iis inſervierat, Florentii Martyris loculo aptari potuit. Verùm hæc conjectaria ſunt. Id certum: antiquius eſſe epitaphium græcum, epitaphio averſo latino Martyris Florentii. Hinc habemus, fuiſſe jam in uſu, ſæculo Martyrum, ſigma figurâ quadratâ, Ϲ. *Obſervabis etiam hîc myſticas initiales notas,* I. X. Θ. Υ. Σ. *(de quibus Bonarrotus,* in Obſ. ad Vitr. ant. pag. 17) *&* Γ *illud ſolitarium, quod, vel pro ſepulcri numero eſt accipiendum, vel tria cadavera contineri in eo loculo ſignificaverit.* Si-

Verbis efferebatur Dis MAnibvs ? Monſtri ſimile hoc videri poſset; niſi haberem, quam in rei teſtimonium afferrem, Tabellam Cœmeterialem [1], quæ eſt in Muſeo Kircheriano: in qua, ſimul cum ſolenni apud Chriſtianos formula, in Pace [2], eodem planè characterum ductu

Similiter ſcriptum Sigma in Epitaphio græco (facilè chriſtiano) aſſervatur inter marmora antiqua, quæ viſuntur Bononiæ, in Typographæo PP. Dominicanorum. En illud mihi fideliter exſcriptum ab amico:

ZωCIMOC IOY
AIA TH CYM
BIω

Zoſimus Juliæ Conjugi. *Characterem eundem quadratum,* C, *vidiſſe me memini, ad notam tertiam Latinorum ſignandam, in lapidis Latini fragmento, quod erat Romæ in pavimento Sanctæ Agathæ Gothorum, ad Suburam: ità nihilominus trunca ſunt omnia in eo, ac lacerata, ut mortuo medicinam facere velit, quicumque inde quærat ſenſum exſculpere:*

THE REAMIVSTIS &
VNCNOBILECORPVS
CENSHOMINVM

(1) *Hanc Tabellam adhæſiſſe ſepulcro in Cœmeterio Prætextati, cùm inventa eſt, jurati Foſſores ſanctè affirmarunt. Affirmantibus autem, etiam injuratis, credendum putaſſem. Rudes namque homines, atque inexperti, nullo loco habebant lapidem hunc exiguum, in quo, neque notatos Conſules legebant, neq; ſymbolũ aliquod exſculptum intuebantur. Eum proinde tenuiſſimo pretio vẽdiderunt. Tabella præterea ipſa pauper, atque inornata (ut plerumq; eæ ſunt, quas Chriſtiani adhibebant) religionem ipſa ſuã teſtatur. Cæterùm ſuſpicioni locus eſſe potuiſſet (niſi inſcriptionem inde haberemus) eam ab homine aliquo ſemipagano ſculptam, ſcriptamque: atque hinc ortam eam formularum ſacrilegarum, ac piarum commixtionem, quæ eſt in amuletis Baſilidianorum.*

(2) *Formulam hanc, e ſacris Scripturis depromptam, ſoli Judæi, & Chriſtiani, in ſepulcris ſuis uſurparunt; quemadmodum, e communi eruditorum ſenſu, docet P. Mabillonius, ſuprà relatus,* §. XI. *pag. 76. Neq; datam regulam turbant numi argentei, & ærei Corneliæ Saloninæ, Gallieni Auguſti; in quibus, caput Imperatricis eſt, ad pectus; cum Stola & luna bicorni ad humeros; ac literis* CORN. SALONINA AUG. *vel* SALONINA AUG; *pars verò averſa, cuſam habens figuram muliebrem, ſtolatam, ſedentem a ſiniſtris dextrorſum, ac tenentem oleæ ramum dextrâ, haſtam tranſverſam ſiniſtrâ, ità inſcribitur,* AVG. IN PACE; *vel etiam,* AVGVSTA IN PACE. *Ibi enim,* τὸ IN PACE, *ironicum eſt; quemadmodum Vaillantius, & Bandurius obſervarunt; putantes, ſignatos fuiſse hos numos a quodam Tyranno, in Gallieni ludibrium: ſicut in Gallieni ejuſdem dedecus cuſus fuit numus, cum inſcriptione,* GALLIENÆ AVGVSTÆ, *ex una parte; ex altera verò,* VBIQVE PAX. *Sarcaſmo ſanè amaro, cùm & Imperator* GALLIENA. AVGVSTA *appellaretur, eiq; applauderetur,* PAX VBIQVE, *ſicuti & ejus Conjux diceretur* AVGVSTA IN PACE, *quo tempore totus Orbis Romanus a barbaris undique premebatur.*

ductu inſculpta eſt; non per obſcura ſigla, ſed integris planè verbis, ad omnem dubitationem tollendam, & uncialibus notis; ſacrilega illa cæteroqui, & impia dedicatio, DIS MANIBUS [1]. En illam diligenter exſcriptam, ut poſſit characterum ipſorum figuram conſiderare Lector ingenioſus.

DIS MANIBUS PRINCI
PIO FILIO DULCISSIMO SVO PO
SVIT QVI VIXIT ANNIS VI DIES
XXVII IN PACAE

[2]

Hoc

[1] *Ingens Lapis Chriſtianus optimorum characterum, ſepulcro adhærens in Cœmeterio Sancti Hermetis, habebat per ſigla* Θ K, *dedicationem* Θεοῖς Καταχθονίοις, Diis ſubterraneis; *niſi ea velis piè interpretari*, Θεῷ Κτίςῃ, Deo Creatori. *Mirare Græcos hoſce characteres in Titulo Latino, quem ipſe vidi.*

Θ K

CELESTINA

[2] *Ridebis hominis ſimplicitatem, qui* POSVISSE *ſepulcrum dicens, nomen deinde ſuum nobis inviderit: Sed nihil eſt rudi, atq; inepta hac taciturnitate frequentius, in Epitaphiis ſæculi tertii, quartique: & ea quidem, quæ a Chriſtianis ſunt poſita, crediderim nomen diſſimulaſſe, piæ ac religioſæ humilitatis cauſsâ. Lapis in Cœmeterio Sancti Hermetis, mulieri Chriſtianæ poſitus, quam* CARAM, *vel* KARAM *dictam fuiſſe credo, Nomen tacet Conjugis alterius, qui tamen ſecum vixiſſe* CARAM *illam enunciat.*


CARAE COIVGI· BENE·MERENTI
POSVIT
QVAE ANNIS· VIXIT·MECV· XIIII
MESES· X·DIES· V

Lapis alius indidem


CEIONIAE LAVRIDI
sic
FILIAE SVAE FERVNT
sic
QVE VIXII ANN. SEX
DIEBVS XXVI


Ac-

Hoc profectò Epitaphium ſi vidiſſet Illuſtriſſimus Fabrettus, qui tam acri-

Accipe & hunc ineditum, e Cœmeterio Sanctæ Baſillæ:

PARENTES · FILIO
BONOSO · FECERVNT
BENEMERENTI IN
PACE · ET · IN · REFRI
GERIVM
QVI VIXIT · M · X

Lapis e Cœmeterio Sancti Vrbani, characteribus pulcherrimis; & qui imitantur Inſcriptiones poſitas a S. Damaſo Pontifice in aliquibus Vrbis Baſilicis; atq; eam præſertim, quæ PROIECTAE *Epitaphium continet, in Sancti Martini, ad Titulum Equitii:*

M · H · E
CASSIAE · HILARITATI
COIVGI · BM · DE SE CVM ·
QVA VIX IT ANN XXVIII
SINE VL LLA QVERELLA

Num fortè primæ illæ ſingulares literæ M. H. E. mariti nomen occultaverint, an potiùs legendæ ſint, Monumentum Hoc Est; *vel* Maritus Hoc Emit; *aut* Marcus Hilarus Eyctus, *ſive alio quopiam modo, divinet qui velit.*

Barbara, ac magis obſcura, eſt hæc, ex eodem Cœmeterio eſfoſſa, anno 1732; *quam legendam credo,* Filio Sapienti:

FILOSAPENTI

Et quod ſubdo e Romanis Cœmeteriis eſt, licèt ignorem unde erutum fuerit. Exſcripſi illud e ſtrue ſaxorum Chriſtianorum, quæ aſſervabantur ad Sanctæ Mariæ, ad Fontem Olei:

AMANLIVS IN PACE QVI VIXIT
ANNOS N. XXV MARITO DVL
CISSIMO FECIT

Accipe & hominem, ſtrenui Martyris Patrem, celantem ſe, in hoc titulo, qui calci inſcribebatur, in Cœmeterio Sancti Saturnini, ad loculum Vaſe Vitreo ſanguine obſignatum:

GA-

Quod ſi tibi arrideat FROTEM, pro FRONTEM, legere; accipe e Muſeo P. Kircheri diligenter exſcriptum epitaphion, quod licèt ediderint Gruterus [1], ac Fabrettus[2] neuter tamen protulit ad ipſius ſaxi fidem.

D M

MAVRELIVS DOMITIANVS SE VIVVS *sic* [3]

EMIT · ET COMPARAVIT · FOCVM VIRGINEM

A SOLO EECIT SIBI ET LIBERTIS LIBE

RTABVSOVE POSTERISOVE EORVM

ITEM BAEBIAE PARTHENOPE CON

VIGI SANCTISSIMAE IN FROTE

PEDES · PM XVI IN LATVS · PEDES XVI

ITEM IN LATVS IN VIA ARDEATINA

RESPICIENTE LONGV PEDES

Y P. M. XXIIII ET LATV PEDES X

H · M · EX · H · N · S

M · AVRELIVS · STASIMVSLIB · COEPTVA · PATRONO

SVO · CONSVMMAVIT · SIBI · ETSVIS · QVOb SI QVIS POST

[illegible]VM MEVM. VENDERE. AVT. DONARE VOLVERINFARK. PONT ff L N.

Ità etiam CLEMES ſcriptum erat in Epitaphio FELICITATIS, quem vidi ad S. Mariæ trans Tiberim:

sic

VALERIVS CLEMES FELICITATI

CONIVGI QVE VIXIT ANNIS

XXXVIII MECVM ANN. XX M

TRES DIES XII


La-

[1] *Theſ. Inſcr.* MCIL. 12.

(2) *Inſcr. dom. cap.* I. 309. *pag.* 53.

[3] *Menda quæ hic vides;* SE VIVUS, *verſ.* 1. FOCUM. *verſ.* 2. *pro* LOCUM. FECIT, *verſ.* 3. OVE, *pro enclytica* QVE, *verſ.* 5. CONIUGI, & FROTE, *verſ.* 7. LONGU, V. 10. LATU, V. 11. COEPTU, V. 13.; *in ipſo Lapide ſunt.* PM, V. 8, & V. 11, *legenda* PLUS MINUS. *Verſu* 11, *illud* Y *grande quid ſignificet ignoro. Fortaſſe autem nihil ſignificat. Sigla reliqua, frequentia in epitaphiis, habent formulam ſolennem,* Hoc Monumentum Exterum Hæredem Non Sequitur. *Vltimus verſus nihil habet implexi, ſi legas* AVT DONARE VOLUERIT, INFERET ARKAE PONTIficum Sextertia Quinquaginta (*millia*) Nummum. *Vide Cl. Facciolati in Calepino V.* Sextertius.

Lapis, a me exſcriptus in Cœmeterio Sancti Hermetis, habebat Cresces, more græcanico, ΚΡΗΣΚΗΣ, non Crescens.



[1]

Sume & hoc Costitverit, in fragmento Inſcriptionis Ethnicæ, quæ eſt in gradibus ad Domum familiæ ruſticæ, in Villâ DD. Gavotti [2], inter Vias Salarias Veterem, ac Novam:

[3]

CVM HORTO QVI EST INTRA
HABITATIONES QVAE SVNT SVP
SE AEDE SEPVLTVRAE ET LIBERTIS
sic
QVE POSTERIQVE EORVM
MORICINIS NOSTRE COSTITVERIT
NEAT QVOD SI NOMEN ORICINI
FI.... T TVNC AD POSSESSOREM

[1] *Quid ſibi velit rudis illa Sarculi figura huic lapidi inſculpta (ſi tamen ſarculi figura eſt, ac non potiùs Pedis) libens diſcerem. Suſpicabar alludere poſſe ad Verba Jobi* 3. 21. Quaſi effodientes theſaurum, gaudentque cùm invenerint ſepulcrum. *Non rarò quidem ligonum, & ſarculorum imagines inveniuntur in Cœmeterialibus ſaxis, quas non crediderim ſemper ſignificare ſepultos eo loco Foſſores. Neque inter Foſſores (qui Clerici erant, ut ex Actis purgationis Cæciliani, & Felicis habetur, apud Labbe,* Tom. I. Concil. pag. 1444. *edit. Paris.) locum habere poterat hæc* Hilaritas, *cui* Crescens *maritus memoriã ponit.*

[2] *Villam hanc a poſſeſſoribus ætatis ſuæ appellat* Buratti, *Ill. Fabretti.*

[3] *Aſſignat hæc Inſcriptio hortum, & habitationes, quæ ſunt Juris Monumenti, ſivè quæ,* Voluntate Teſtatorum cedebant in tutelam culturamque ſepulcrorum *(ut ait Reineſius ad Inſcr.* 112. *Cl.* vi.) *quæque alienari non poterant a* Nomine Originis, *ſivè a familia Teſtatoris, cui legata erant. Fidei commiſſa appellarentur ab Juriſprudentibus noſtris:* Monumento Cedere *dicuntur in antiqua inſcriptione, quæ menſes ab hinc paucos inventa fuit Romæ in Cloaca Collegii Anglicani; ubi* Custodia, *ſivè (ut puto) domus ad cuſtodien-*

rioris; ut illa diſſimulem quamplurima neglectæ N exempla, quæ in Gruteriano Indice congeſſit Joſeph Scaliger, & ea, quæ illi Indici ſuperaddi præterea poſſent, ex inſcriptionibus editis, optimæ ætatis. Ætatis ſanè optimæ ſunt tituli in Urnulis fictilibus, quas nuper retulimus *a pag.* 88, in quibus tamen, omiſſis mutis M, & N, POPONI pro POMPONI, *tit.* 15., QUICTILIS, pro QUINCTILIS, *tit.* 24., & DECEBRIS, pro DECEMBRIS, *tit.* 37. ſcriptum vidimus.

Verùm hoc anomalæ potiùs rudium, imperitorumque hominum ſcriptioni, quam ætatis probè ac latinè loquentis uſui tribuatur. Tribuantur Poeticæ neceſſitati Catullianæ illæ syncopæ, DIDYMI [1], pro DINDYMI; & TYPANUM, pro TYMPANUM, in Galliambo: Cui demum cauſæ tribuemus, præterquam uſui vulgari hominum, cæteroqui cultè loquentium, illud ROMA RESURGES; quod, neglecta N, tam ſæpe legitur in numis optimi ſæculi? Cui PRÆGNAS illud, & DAMNAS, quod ex antiquis Legibus habent Pandectæ Florentini? Ac ſanè Antonius Auguſtinus Epiſc. Tarraconenſis, Dialogo X, putat, neque ſcripſiſſe antiquos, neque protuliſſe, N ante S: quare dixerint ASA, pro ANSA; ex quo ASA deinde factum ſit ARA, ac ſimiliter PRÆGNAS, & DAMNAS. Hinc etiam fortaſſe illud COSOLERETUR, pro CONSULERETUR, bis repetitum in antiquiſſimo illo S. C., de Bacchanalibus, quod publici juris factum a Fabretto [2], Commentario doctiſſimo illuſtratum eſt, ante paucos annos, a V. C. Matthæo Ægyptio [3]; qui hoc ipſum (*pag.* 152.) advertit, & eruditè confirmat; fere *ſemper antiquis ſinè* N ſcriptum verbum Conſulo, *fortè quia ejus literæ ſonus non exaudiebatur.*

Ex eodem, ut opinor, popularis uſûs fonte ſunt illa, apud Gorium; MORIES, in epitaphio Ulpiæ Vitalis, e Muſeo Riccardio [4]; & ATHENESIS pro ATHENIENSIS in marmore hortorum Gaddiorum [5]; & CASTRESIS, in epitaphio Muſei Strozzii [6]; & INFAS, in ſaxo chriſtiano e Cœmeterio Florentino Sanctæ Felicitatis [7]: atque apud Fabrettum, PULVINESIS, pro PULVINENSIS [8], in ſaxo Palatii Otthoboni; & PERMASERAT, in lapide T. Bellicii Aemiliani [9]; & HORTESI, pro HORTENSI; in ſigillo figulinæ (10); & NARBONESIUM in epitaphio Myrines (11). Adde OSTIESIBUS, e Collectaneis Donii [12], & VERCELLESIS, e Grutero (13); & TOLENTINES; pro TOLENTINENS; in Tabella ærea, quæ refertur a Reineſio in Appendice, *num.* 8; & THERMESES, pro THERMENSES, in plebiſcito apud Carolum Sigonium, & Briſsonium, *de Formulis*, *Lib.* II; & ALBANIESIS, pro ALBANIENSIS, vel ALBANESIS, penes Fabrettum (*Cap. III.* 20. *pag.* 123.); & ſexcenta alia, quæ conquiri facilè poſſent.

 Ne-

(1) DIDYMI *legendum putat, in Catulli carm. laudato, Joſeph Scaliger, atq; ità ordinandum verſum,*
„ Dea Magna, Dea Cybelle, Didymi, Dea Domina, *non, ut Libri* MSS, *impreſſique habebant, ordine perturbato;*
„ Dea Magna, Dea Cybelle, Dea Domina Dindymi.
Ac ſanè DIDYMI, *hoc exemplo, dixiſſe Martialis legitur, lib.* XII. *epig.* 43.
„ Quales nec DIDYMI ſciāt puellæ.

(2) *Inſcr. Dom. cap.* VI. *pag.* 427.

[3] *Senatûs-conſulti de Bacchanalibus ... Explicatio: Neapoli* 1729.

(4) *Inſcr. Ant. quæ in Etrur. ſunt Tom. I. pag.* 95.

[5] *Ibid. pag.* 212.

(6) *Ibid. pag.* 399.

[7] *Ibid. pag.* 299.

[8] *Inſcr. Dom. cap.* VII. *Inſcr.* 14. *pag.* 498.

(9) *Inſcr. Dom. cap.* IV. *Inſcr.* 116. *pag.* 268.

(10) *Ibid. cap.* VII. *Inſcr.* 241. *pag.* 516. *H.*

(11) *Ibid. cap.* IV. *Inſ.* 298. *pag.* 304.

(12) *Inſcr. Ant. Claſſ.* II. 4. *pag.* 260.

[13] *Theſaur. Inſcr. pag.* MLXVII. 3.

Neque ſolùm mutam N, verùm etiam antecedentem illi M, ſæpe invenio in ſaxis antiquis relictam. Rurſus, literam N ſæpe neglectam video, non tum ſolùm, cùm literam S antecedit; ſed & ante alias conſonantes. Sic Colubaria nominat lapis antiquus, apud Donium (1): Sic Sypherusam dat Fabrettianus lapis (2): Sic Ifros habet urna antiqua, Florentiæ, apud Gorium [3]: Sic frequentiſſimum mutorum hujuſmodi elementorum neglectum obſervabis, in antiquis epigrammatis quæ edita ſunt: quibus hæc inedita addo, e meis Adverſariis. Primum ſit e lapide, ante ſex annos invento, Romæ, in Cœmeterio SS. Proceſſi, & Martiniani, & in eo relictam videbis M, ante PT, in nomine Redemptæ.

(4)

REDEPTA
Ð. PO. VIIII
AVG
KALEND VSTAS

En prætérea tibi Gaudetium, ex alio lapide inedito, qui erutus fuit, anno 1723. e labyrinthis Cœmeterii, quod a Cyriaca dicitur, in agro Verano.

[5]

sic
PATER PAECVLIARIS
FILIO GAVDETIO
QVI·BIXIT·ANN·VS·VI·M VIIII
BENEMERENTI IN PACE




En tibi prætereà Benemeretiam in lapide, bonis characteribus utrinque ſculpto, & habente hinc ethnicam, inde chriſtianam inſcriptionem.

FIL-

(1) *Inſ. Ant. Cl.* XIV. 19. *pag.* 426.
(2) *Inſ. Dom. cap.* V. XLI. *pag.* 385.
[3] *Inſ. Ant. Etrur. Tom. I. pag.* 343.
(4) *Depoſita Nono Kalendas Aug.*
[5] *Frequentiſſimum eſt in lapidibus antiquis hoc* Annus, *multitudinis numero uſurpatum. Fortè nomen hoc declinaverint etiam, ut* Sensus, *ſaltem in vulgari loquendi uſu: Lapis, in pavimento Sancti Laurentii in Campo Verano, Viâ Tiburtinâ.*

TRAIANVS QV
I BIXIT ANNVS
X·I·ET MESIS IIII
ET DIES·XV

FILIE BENE Α ☧ ω MERET IE



SECVNDA - IN PACE
QVE VICSIT ANNV · (1) A · II · D · VII

D M

L · APRONIVS · FELIX
ET · CLAVDIA · APFIAS *sic*
SIBI · ET · SVIS

Edu-

[1] Annu *fortaſſis poſitum pro* Annum, ut Dece pro Decem, *& alia hujuſmodi frequentia in antiquis lapidibus.* Orrhenoru, *carens ſuâ* M, *vidi in elegantiſſima columella quadrata, penes Eminentiſ. D. Card. Alexandrum Albanum.*

D M
A B G A R
PRAHATES
FILIVS REX
PRINCIPIS
ORRHENORV
HODDA
CONIVGI BENE
MERENTI FEC

Hæc

Eductus eſt lapis Benemeretie, anno 1721, ex eo Cœmeterio extra Portam Salariam, quod eſt in Vinea Canonicorum S. Antonii Viennenſis; quodque vel proximum eſt, vel conjunctum, Cœmeterio SS. Thraſonis, & Saturnini. Exſcripſit D. Can. Marangoni, qui obſervavit, literas dedicationis, D M, ſcalpro abraſas fuiſſe a Chriſtianis, antequam lapide uterentur, ſed tamen non ità penitùs deletas, ut earum aliqua non apparerent veſtigia. Junge his Benemeretiæ, & hunc Benemeretem; ex lapide quem exſcripſi, in Cœmeterio SS. Proti, & Hyacinthi:

IVLIO CRES
sic
TO BAENEMERETI
sic
COIVCI

Iucudi, pro Iucundi, ſuprà vidiſti in ſigillo amphoræ fictilis, §. VII. pag. 45. ΟΛΥΠΙΟΝ, qui fortè ſcribendus fuerit ΟΛΥΜΠΙΟΣ, legi in titulo Chriſtiano, e Cœmeterio Sancti Urbani.

(1)

ΟΛΥΠΙΟϹ

Quod

Hæc verò columella inventa eſt, anno 1728. propè ſiniſtram Tiberis ripam, non procul a Ponte Milvio.

Vidiſti, opinor, non ſinè voluptate, Abgarum *hunc, ſivè* Abagarum *Regem, Filium Principis, vel* Ἐθνάρχου Orrhenorum, *quos* Osrhoenos *alibi nuncupatos invenies. Magno nos beneficio demeruiſſet* Hodda *illa conjux, ſi epitaphio huic Regni nomen adſcripſiſſet. Advertes dictum* Prahatem, *cùm in epitaphio Pinciano Mediceo* Seraspadanis *&* Rhodaspis, *ſcriptum habeamus,* Phraatis. *Ceterùm, epitaphium Regi barbaro poſitum, ſcriptum eleganter eſt, ad ætatis & regionis Latinæ guſtum. Guſtus enim Latinæ plebis dici poteſt illa Mutæ* M *omiſſio, ut habes ex Quintiliano, lib.* IX. *cap.* IV.

Saxū Cœmeteriale in Muſeo Kircheriano.

CVSPIDIVS LVCIVS
Q · VIXIT ANNVM ET
MENSES TRES ET DI
ES VNDECI

Vide hîc vocem Italicam Vndici, *jam naſcentem, quam legi etiam in alio Cœmeteriali ſaxo, ad S. Mariæ trans Tiberim.*

sic
VICTORIAVIXITANNVMESESVNDECIDIESTRES

[1] Olypum *ediderat Reineſius in epitaphio Irenes* Lanipendæ, *Cl.* XI. 38; *ſed* Olympus *eſt in marmore, ut obſervavit Gorius, inſcr. Flor. p.* 110. *In noſtro titulo verè eſt* Olypius.

acriter contra P. Mabillonium certavit, ut explicatione religioſa

O in-

GABINO ET MARTYRIO FILIO

III. KAL. FEB

Niſi fortè GABINVS, *Pater* MARTYRII, *ſit ſimul cum Filio coronatus. Demum, & hæc Anonyma inſcriptio a me chriſtiana creditur, quam legi Romæ in veſtibulo ædium March. Capponi.*

ΠΑΡΘΕΝΙϹ
ΕΝΘΑΔΕϹΚΕΙ
ΤΑΙΑΓΗΡΑΤΟϹ
ΑΘΑΝΑΤΗΤΕ

Scilicet. *Virgo hîc jacet, ſenectutis, & mortis expers. Qui titulus videtur deſumptus ex illo Phocylidis:* ψύχα δ' ἀθάνατος, καὶ ἀγήρως, ζῇ διὰ παντός. Anima verò immortalis, & non ſeneſcens, vivit in perpetuum.

Ne tamen ſolos Chriſtianos ità poſthumæ famæ non curantes putes. Sæpe namque Ethnici ineptientes, aut ſepulti nomen, aut ſepelientis, aut utrumque diſſimularunt. Vide hoc in pauculis hiſce inſcriptionibus, ineditis, ut puto. Hanc excripſi in Muſeo Kircheriano:

D M
FLAVIA · MARCIA · ET · EC
NATIVS. LVCIVS · PATRI
VENEMERENTI · FECERV
NT · VIXIT · ANNIS · XXXX

Quæ ſequitur Epigraphe, exculpta eſt ſub imagine anaglyphâ hominis jacentis in Scimpodio, ac pateram tenentis, quaſi libaret Divis.

D ▲ M
EVTYCHATI 7 SOROR
B7 M7 F7

Exſcripſi in Muſeo P. Kircherii, in quo etiam vidi Epitaphium, quod ſequitur: in quo non ſolùm ſepelientium nomen diſſimulatur; ſed & defuncti nomen latet, ſub ſiglis, T. K. I. *An fortè legenda illa ſunt* Τιβερίῳ Κλαυδίῳ Ινάχῳ, *vel* Ισοχρύσῳ? *Aliquod ſaltē ſervile nomen ibi videtur debere intelligi.*

Θ ▼ Κ
Τ ▼ Κ ▼ Ι
ΗΓΗΝΗ ▼ ΚΑΙ
ΘΥΓΑΤΗΡ ▼ ΑΞΙΩ
ΜΝΗΜΗϹ ▼ ΧΑΡΙΝ

Scilicet. Diis Inferis. Tib. Claudio (*ut conjecimus*) Inacho. Uxor & Filia: Digno, Memoriæ gratiâ.

Adde & hanc, quam exſcripſi Romæ

interpretaretur [1] ſigla D. M. quæ aliquando dormitantibus Chriſtianis obrepſerant in titulis ſepulcralibus; conceſſiſset rei evidentiâ victus, eos, nomen Deorum Manium, quos deridebant, appoſuiſse aliquando tumulis ſuis, ſimplici quadam negligentia, *dum cruda adhuc quorumdam in cordibus christiana religio, aliquid de paganici ritûs ſuperstitione* (ſaltem in loquendi formulis) *retinebat*; ut dixerat P. Mabillonius (2); quodque etiam, exemplis non admodum diſſimilibus, idem Illuſtriſſimus Fabrettus alibi (3) evicerat nolens; ubi ex Epitaphiis Chriſtianis retulit ſimiles, non admodum caſtigatas loquendi formulas; qualis eſt illa, Debita. Sacratis. Manibvs, Officia: & illa, Sanctiqve. tvi. Manes. nobis. Petentibvs. adsint; & Lachesin; & Aqvas Taenareas; & Domvm. Æternam, pro ſepultura. Quæ formulæ loquendi, longè profectò magis profanæ, quàm ſit uſus nominum Ethnicorum diebus impoſitorum, ſatis excuſant eum, qui Severæ Martyri Epitaphium ſcribens, non eccleſiaſticum nomen Feriæ, ſed profanum Dibi Veneris, ex more apud omnes recepto, ſimpliciter, ac ſinè dolo malo, uſurpavit.

§. XIII.

OMISSAE AC MUTATAE CONSONANTES LITERAE IN EPITAPHIO S. SEVERÆ.

SEd jam aliquæ nos vocant grammaticæ animadverſiones; quibus carere quidem facilè paterer Epitaphium quod illuſtramus, niſi ſperarem jejunitatem argumenti compenſatum iri novitate Inſcriptionum recens inventarum, quas ad veteres, ac tritas regulas aut adſtruendas, aut infirmandas, afferam. Utque ab ipſo primo, quod in Severae inſcriptione occurrit, Verbo exordiamur; exhibet ſe ibi nobis τὸ KωCOΓΛE pravè ſcriptum, ad exprimendum latinum vocabulum, Consule. Epitaphiographus, qui ſe Helleniſtam profeſſus, notas Græcas adhibuit, cùm Inſcriptionem Latinam ſcriberet, novum addidit hîc Helleniſmi ſui indicium, omittendo in Consulis vocabulo mutum elementum, N. Solitos namque fuiſſe Græcos, præſertim in Romanorum nominibus referendis, literam N omittere, obſervavit (ut prætercam reliquos) Clariſſ. Senator, Philippus Bonarroti, in ſuis Collectaneis [4] ad Vitra antiqua.

Neque ſæculo tertio, & quarto ab eo uſu abhorruere Romani: qui tamen, etiam antiquioribus temporibus, videntur in vulgari ſermone, ac ſcriptione ſæpe literam N omiſiſſe. Sic & Cos. ſcriptum conſtanter reperimus, & Meses frequenter, & Coiuges, etiam temporibus linguæ purio-

mæ e cippulo, in ædibus Barberinis, ad circum Sallustianum, niſi fortè ibi τὸ Makapia *mulieris nomen ſit, potiùs quàm appellatio tenera Conjugis defunctæ:*

MAKAPIA
CYMBIω
CYMΦO
POC

Quod explicandum videtur: Beatæ Conjugi Symphorus.

[1] *Ad Inſcriptionem Euphroſynes.* Cap. VIII. Inſc. XXXIX.

[2] *Itinerar. Italic. pag.* 73, *vel* 141.

(3) *Inſcr. Dom. Cap. II. Not. ad Inſcr.* 95. *pag.* 112.

(4) *Oſſervazioni ſopra alcuni Frammenti di Vetri alla Tav.* XIX. *Fig.* 3. *pag.* 133.

INNOCESIUM dat Lapis, item Chriſtianus, in Muſeo P. Kircheri.

[1]

DVLCISSIMOFIIIO
ƆYNPIIORΓONI
ΓIIEOCCESLVS·EΓ
IHALVSA PARENEES

Characteribus minio rubricatis.

In Cœmeterio Sanctæ Baſillæ loculum vidi, ſanguineo Vaſe notatum, atque habentem ita ſcriptum in calce nomen CONSIANTIAE Virginis ibi ſepultæ, cum affixa ibi pariter lucerna (2) fictili *Tab.* XVI.

P COS-

---

dicendum ſepulcrum, quæ, MACERIA CIRCUMCLUSA *eſt,* CUM EDIFICIO *toto illo ruſtico,* MONUMENTO CEDERE *enunciatur:*

D M
T · FLAVIO ADIECTO
HAEC ·CVSTODIA· MACERIA
CIRCVMCLVSA · CVM
AEDIFICIO. MONVMENTO
CEDIT

Simile fidei commiſſum legas in lapide ingenti Muſei Kircheriani; ubi HORTUM, ET STABULA, ET MERITORIA, *una cum* MONUMENTO MACERIA CLUSO *legata videbis; de quibus Stabulis, Hortis, ac Meritoriis videndus Vlpianus, ff. de Verb. ſignificat.* 198. *quo loco ait, hæc omnia* Urbanorum appellatione, contineri, *etiam ſi* in Villis, & in Vicis ſint &c.


Vide infra epitaphium Claudiæ Obſequentis, pag. 110.

HOC · MONVMENTVM · ITA · VTI · EST · MACERIA · CLVSVM
CVM · HORTO · ET · STABVLO · ET · MERITORIS · CLAVDIA · VENERIA
TI · CLAVDIO · SP · F. SER NARCISSIANO · FILIO · OPTIMO · ET
LIBERTIS · LIBERTABVSQ · SVIS · ET · NARCISSI · . . . VIVA · DEDIT
CONCESSITQ · ITA · VT · NI · EIVS ABALIENANDI · CAVSSA · QVOQVO
GENERE · COEANT · SED · VT · IPSI · POSTERIQVE · EORVM · FREQVENTANDI
CAVSA · POSSIDEANT · ET · VT · IN · FAMILIAM · MEAM · MEORVMQVE
IIIIIIIIIIIIIIIIIIIIIIIIIIIIIIIIIIIIIIIIIIIIIIIIIIIIIII

---

[1] *Fortaſſe legendum in Characteribus barbaris*
Dulciſsimo Filio
Symphorioni
Innocentius, &
Thaluſa Parentes.

[2] *Lampas illa teſtacea ſepulcro affixa, ad illuminandam (ut credo) viam Cœmeterialem fuit appoſita. Omninò namque neceſſaria erant lumina in tenebroſis illis, atque im-*



Et ne

implexis cryptis, in quibus, *teſte S. Hieronymo,(in Ezechiel. cap.* XL.) cæcâ nocte circumdatis Virgilianum illud proponitur „ Horror ubique animos, ſimul ipſa ſilentia terrent. *Verùm tam magna in Cœmeteriis fictilium hujuſmodi lampadum copia eſt, ut non ad neceſſitatem tantùm, ſed etiam ad ornatum, & ad pompam quodãmodo poſitæ ibi cenſeri poſſint. Crediderim quidem, conſneviſſe Fideles ingentem hunc lucernarum numerum accendere Natalibus inſigniorum Martyrum, cùm ad eorũ memorias, ex priſca liturgica formula*, colligebant. *Sed & in examen adducenda mihi oriebatur quæſtio, fuiſſet ne in more poſitum apud Chriſtianos, quod Ethnicis frequens erat, lumina ad Conſanguineorum, aut Patronorum monumenta accendere, amor[illegible] ſiti animi causá, deſtinatis Olivetis ad oleum, famulis ad curam honoris hujus, defunctorum Sepulcris præſtandi. A Conſtantini Magni temporibus ſanè res eſt explorata, ubi de Apoſtolorum, Martyrumq; Mauſoleis loquamur. De antiquioribus verò temporibus; deque loculis, in quibus neque Martyres clauderentur, neque inſignes ſanctitate viri, non ità manifeſta res eſt, ut auſim affirmare; non ità abſurda, ut negare poſſim. Videatur Fabrettus Inſcr. cap. 3. p. 192. Quid ſi lucerna Martyri huic, & Virgini, appoſita fuerit, ad ſignificandum*, CONSTANTIAM *hanc* prudentem Virginem, *obviam Sponſo proceſſuram in die reſurrectionis, cum lampade ſua fulgente?*

Erant

Et ne Costatiam mirere, en e Cœmeterio Sancti Urbani titulum ſepulcralem, marmori inciſum, etiam negligentiùs ſcriptum.

COSTATIVS

Indidem venit hæc Anucella, quæ Sine Repressione vixit, ut ejus propterea cineres perturbare non debeamus, propter inconcinnam ſcriptionem, qua Areto Marito epitaphium poſuit.

VALERIA · CALLIOPE · QVE · ET
ANVCELLA · ARETO · MARITO · DIGNISS
CVM QVO VIXIT · ANN · XXV SINE · REPRESSIONE

[1]

Quod ſi Kaledas pro Kalendis non deſpicis, eccillas in lapidis cœmeterialis fragmento, quod exscripſi ad Sanctæ Mariæ trans Tiberim

RIA QVI VIXIT
S XXXVIII MENSIB III · DIES · XXII
III · KALEDAS · FEBRARAS · INPACE

(2)

Quæ pauca exempla, omiſſarum apud Latinos etiam literarum M, atq; N, at-

AVRELIAE
SECVNDI
NEQVEETLV
TICVRRIAPO
SVITFELICISSI
MVS COIVX



Erant planè omnino ad guſtum antiquorum Fidelium ſigna iſta ſymbolica, e ſacrarum paginarum metaphoris deſumpta, ut alibi dictum.

[1] Ultra conſueta *Veteribus* nomina, alia adjuncta non infrequenter *fuiſſe* [*eo fortaſſe pacto, quo apud Italos* i Soprannomi] *animadvertit Fabrett. Cap. III. ad Inſcr.* XXI. *pag.* 145. *Habes hoc in allatâ Valeriâ Calliope*, Qve (*ſic*) et Anucella. *Habe & in hâc aliâ Aureliâ Secundinâ ex Cœmeterio Sancti Hermetis* (*ubi ejus titulum exſcripſi*) Qve, (*num a velocitate currendi per lutum?*) et Luticvrria.

[2] *Nihil eſt inuſitati in ea Menſium*

AV-

N, attuliſſe ſufficiat; ne rei maximè obviæ, ac minimè utili, pretium velle facere videamur.

Aliam in conſonantibus literis ἀνομαλίαν dat nobis SEVERÆ epitaphiographus; ſcribendo conjunctionem ЄΔ in ſecundo verſu, ЄΔ ΠΑΤЄΡΝω. Hic pariter eſt Helleniſmus ſcribentis, qui ſcriptionem accommodans pronuntiationi apud Græcos vernaculæ, abhorrenti in vocabulorum fine literam tenuem, uſurpare maluit mediam Δ, tum hic, tum in ſecuentibus, ЄΔ ЄΙϹΠЄΙΡЄΙΤω, ЄΔ ΜΗϹωΡωΝ; quamvis & illa Media Oſci ſaporis potiùs, quàm Græci ſit. Cœterùm, ex Helleniſmo ne, an potiùs ex Oſciſmo plebis Romanæ ἀρχαϊζόυσης, id proveniat; frequens ſanè eſt hæc literarum T, ac D, permutatio. Inde eſt illud LIQUID, & RELIQVID [1] pro LIQUIT, & RELIQUIT, apud Gruterum (2); & SID, pro SIT, in Chriſtiano lapide, apud Severanum [3]; & QUOD ANNIS, QUOD ADSUNT, ADQUE, in Cenotaphiis Piſanis [4]; pro QUOT ANNIS, QUOT ADSUNT, ATQUE; inde alia ſimilia. ADQUE autem illud frequentiſſimum eſt, etiam in lapidibus aurei, atque argentei ſæculi. Vide ſis illud in Fabretto, *cap.* IV; *inſcriptionibus* 48, & 50, *pag.* 253; quæ facilè ad Auguſti ætatem, aut ad aliquam proximam ſpectant: Vide & in longè ſeniori inſcriptione Urbanæ, quam attuli, §. III, *pag.* 12. FALADUM pro FALATUM invenies apud Feſtum (5): utrumque pro PALATUM; quod pro Cælo, ab Etruſca lingua antiqui Latini dixerunt; ut advertit Joannes Meurſius [6]; quem ſi conſulas, ubi agit de hoc archaico uſu literæ D, pro T, operæ pretium feceris. Num & huc referendum ſit illud IUSSID, quod

ſium enuntiatione per caſum ſextum, MENSIBUS; *dierum verò per caſum quartum*, DIES. *Frequentiſsima namque eſt grammatica hæc* ἀσυσταςία, *in lapidibus, præſertim Chriſtianis* [illegible] *notum e Cœmeteriali ſaxo exemplum, exſcriptum a me Romæ, in S. Mariæ ad Fontem Olei*:



BENEMERENTIRVSIICINNÆ
QVEANNORVM LIIII
MENSESXDIEBVS
XXINPACE

Refert Inſcriptionem hanc, inventam a ſe in Cœmeterio Priſcillæ ad tumulum Vaſe ſanguineo inſignem, Cl. Boldettus, lib. II. cap. XVIII. *pag.* 573. *aliis etiam imaginibus ornatam in parte ſiniſtra: Has ipſe imagines non vidi, diffracto lapide: cùm autem in aliquibus, diverſos ab editis characteres invenerim, volui Martyris hujus titulum, rurſus hîc edere, qualem videram.*

(1) DE... IQVID *eſt in Epigraphe apud Fabrettum, Inſcr. c.* IV. 52. *pag.* 254.

[2] *Theſaur. Inſcr.* DCLXX. 5. DCXI. 8. DCCCCXLII. 8.

[3] *Roma Sotterr. lib.* 3. *cap.* 21. *pag.* 395.

[4] *Videatur inter opera Card. Noriſii. Diſſert.* IV. *de Cenotaph. cap.* II. §. II.

[5] *Voce* Fala. *In eo tamen, quem ad uſum Delphini edidit Andreas Dacerius, habetur* Faladum.

(6) *Exercitation. Critic. Part. II. cap.* 12. & 13.

quod habetur in Notitia Imperii, non liquet. Videntur namque notæ illæ intelligi debere de IUSSIs Imperatoriis, quæ appellabantur IVSSI*ones Divinæ*. Vide Guidonem Pancirolum, *in Notitiam lib. primo. pag, mihi*, 109. *B*, & *ſeqq*.

Certum illud eſto, alternaſſe frequenter apud Veteres, conſonantes, quas Grammatici appellant *Tenues*, cum conſonantibus iis, quas *Medias* dicunt. Sic Opseqvens, pro Obseqvens, habet hic lapis, quem vidi Romæ, apud P. Vitalianum Berretta S. J; virum in antiquitatibus conſultiſſimum.

CLAVDIA AVG IIIIII
OPSEQVENS
HANC CASAM IIIIIIIII
CVM AGRO ET IIIIIIIII
ET POMARIS IIIIIIIIIII
OPTIMAM MA XIMAMQVE I
EMI · ME · VIVA CONSACRA III
CVSTODIAM SEPVLCHR III
MEORVM. QVI IN · HAC · AR III
INSCRIPTI ERVNT
POSTERISQVE EORVM



Sic, Ab Agris, habet Tabula marmorea, ad Antium refoſſa (1) anno elapſo 1733.

C. IV.

[1] *Ibidem loci inventum fuit, Januario eodem, hoc fragmentum*:

IIIIIIIIIIIIIIIIIIIIIIIIIIIIIIIIIIIIIIIIIII
IIIIIIIIIIIIIIIIIIIIIIIIIIIIIIIIIIIIIIIIIII
PARTICI · PRONEPOT · DIVI
NERVAE · ABNEPOTI ·
L · AVRELIO · VERO · AVG
TRIBVNIC · POTESTAT. COS. II.
ANTIATES · PVBL ·

Le-

C · IVLIO · M · F · VOL · (1)

PROCVLO · COS · XV · VIR ·

SACRIS · FACIVNDIS · FETIALI · CVR

OPERVM · PVBLICORVM · LEG · AVG

P · P · ADCENSVS · PROVINCIAE · LVG

DVNENSIS · LEG · AVG · P · P · REGION

TRANSPADANAE · LEG · LEG · VI

FERRAT · PRAET · TRIB · PL · ABACTIS

IMP · TRAIANI · AVG · TR · LEG · IIII SCY

THIC · Q · AVGVSTOR · IIIVIRO · A · A · A · F · F ·

ANTIATES · PVBLICE

PATRONO

Nihil proinde inuſitatum ſi, in SEVERÆ inſcriptione legatur ſubrogata, media D, tenui T, in conjunctione ϵΔ.

Eſſet etiam conſiderandus in epitaphio SEVERAE uſus literæ B, pro V, quando literæ conſonantis vices gerit, ſi potuiſſet aliter Græcis characteribus exprimi ſonus ille V conſonæ. Sed, nec a Scriptore rudi expectari poterat Digamma illud Aeolicum, quod ad eum ſonum exprimendum jam olim adhibitum, jam penè exoleverat; nec admodum, expreſſiſſet vim ejus literæ, aut Diphtongus OΥ, aut alius græcus character, ex iis quos ad Romanam illam literam ſignificandam græci palæographi ſæpe uſurpaverant. Laudetur itaque ſi ΝΟΒΕΜΒΡϵΙΒΟΥϹ, & ΒϵΝϵΡϵϹ, & ϹϵΒΗΡϵ, ſcripſit, potiùs quàm ΝΟΟΥϵΜΡϵΙΒΟΥϹ, & ΟΥϵΝϵΡϵϹ, & ϹϵΟΥΗΡϵ [2]; ſicuti ΟΥΑΛϵΝΤΙ ſcripſit græcula quædam Mater, in oper-

[1] Legitur facilè. *Cajo Julio, Marci* Julii *Filio*, *Voltinia* Tribu, cognomine, *Proculo: Conſuli, Quindecem-viro Sacris faciundis, Fetiali, Curatori operum Publicorum, Legato Auguſti, Præpoſito ad Cenſus Provinciæ Lugdunenſis, Legato Auguſti pro Prætore Regionis Transpadanæ, Legato Legionis Sextæ Ferratæ; Prætori; Tribuno plebis: Ab Actis Imperatoris Trajani Auguſti; Tribuno Legionis quartæ Scythicæ; Quæſtori Auguſtorum; Triumviro Auro Argento Æri Flando Feriundo: Antiates Publicè* (ſumptu ſcilicet publico) *Patrono* Poſuerunt.

[2] ΣΕΟΥΗΡΟΝ *ſcriptum fuiſſe ſuſpicor, ſicut in numis, ſic etiam in Græco lapide votivo, cujus unam tantùm partem Romæ vidi, in cavædio domûs March. Capponi:*

ΘϵΩ

operculo marmoreo ollæ funebris, aut oſſuarii, quod eſt Romæ, in Muſeo P. Kircheri:



[1]

Præſertim autem cùm in uſu tum promiſcuo fuerint, penes plebem latinam, elementa B & V, nihil inuſitati eſt in græciſſante illa Severæ inſcriptione. Uſum verò frequentiſſimum itius permutationis docent nos priſci lapides. Eorum unus, e Cœmeterio, ut arbitror, Prætextati; quem vidi in ruſtico ædificio, ſecùs Appiam, habet Datibum:



La-

Θε ω ΜΕΓΑΛω
Σ ΕΡΑΠΙΔΙ
ΑΡΕΛΛΙΟΙ
Σευ ΗΡΟΣ· ΚΑΙ· ΦΟΥΣΚΟΣ
ΕΥΧΗΝ
Επο ΙΗΣΑΝ

Quæ ſignificant: *Deo Magno Serapidi. Arellii, Severus, & Fuſcus, ex Voto Fecerunt. Avarus quidam ex* Arellia *gente, celebris fuit, uſque ab Horatii ævo*: Sat. vi. lib. II.

[1] *Claudia Pithanine, Valenti filio proprio*: niſi fortè ſit *Cl. Pithane*, aut *Pithanene*, cujus nomen quadratarius imperitus malè inciderit.

Lapis recèns inventus, qui eſt in Muſeo Kircheriano, dat nobis Patrem Venemerentem. Habes illum § ſuperiore, *pag.* 107.
Conſonat illi Venemerenti aliud, e Cœmeterio Sancti Hermetis:

VITALIONI VENEM

Titulus alius Cœmeterialis, ad Sanctæ Mariæ trans Tiberim, habet frequentiſſimum illud Bixit:

ACVRINVS QVIBIXIT · AN · PL
sic
MXXI.·.·.·BENEMERENT II NPACEI

Ex illo Bixit, creberrima illa naſcuntur, Viba, Vibus &c. Saxum e Cœmeterio S. Urbani:

MOLESTASEBIBAE
MITSIBIBISOMV (1)

Ex quo pariter Cœmeterio, hoc Fragmentum vidi:

OSA · SE BIBA FECIT SIBI


Ethnicum eſt hoc, quod Romæ exſcripſi, in Impluvio, propè Sacrarium Baſilicæ ad fontem Olei:

D · M
CL · CAESIA · CHARIS · SEVIBAFECIT
SIBI · ET · TI · CLAVDIO · EPAGATHO
PATRI · ET · LIBERTIS · LIBERTABVS.
QVE · POSTERISQVAE · EORVM

BICTORIAM, BENUSTINUM, & BITORINIANUM hos, qui ſequuntur,

[1] Bisomium, *Hybrida vox; ex latino* Bis, *ex græco* ΣΩΜΑ; *apud Chriſtianos notabat locum, ubi duo cadavera ſepeliri poſſent.*

tur, ibidem inveni, in ſaxis Cœmeterialibus. Et ſaxum quidem a Bitoriniano poſitum, e Cœmeterio Calliſti Cl. Boldettus ediderat [1]; ſed Amanuenſis dormitans non illum exſcripſit ità, uti in autoglypho eſt:



sic
FLAVIA. SAECVN
DA· QVAEVIXIT· AN·
XXXIII· BITORINIA
NVS· BENEMERENTI
CONIVGISVE· FECIT

BENVSTINVS
LEAE FILIAE
IN PACE QVAE
BIXIT ANNVS XXC III
M XI D XV

Vidi ad S. Mariæ trans Tiberim.

BICTORIA
ET CRESCENTINES

(2)

Ex Cœmeterio S. Urbani.

Quam ſubdo epigraphen ſepulcralem, non audeo, quamvis in Cœmeterio neſcio quo inventam, aut inter chriſtianas reponere, aut ab earum numero arcere. Addatur igitur iis, in quibus alternant B & V, propter illud Nob, poſitum pro Novembri:

D C LO o SODIONI M
PRETECTVS FRATER
BENEMERENTI FECIT
QVI VIXIT ANNIS XXIIII
sic DECESIT o X o IDVS NOB

Certiùs chriſtianis inſcriptionibus accenſebitur alia, item habens Nob; quam calci inſcriptam in Cœmeterio S. Hermetis vidi atque exſcripſi; retulique, § XI, *pag.* 95. Inter lapides Marchionis Capponi, ſæpe laudatos, & hunc vidi, chriſtianum, ut puto, characteribus optimis; in quo tamen, Sivi ſcriptum obſervabis, non Sibi:

Q TE-

(1) *Oſſervazi ſu' Cimiterj lib. II. cap.* IV. *pag.* 360.

(2) Scilicet. *Vixit annos viginti octo menſes* XI, *dies* XV.

sic

TERENTIVS · FOSOR
PRIMITIVE · COIVGI
ET · SIVI

Quid verò in privatis ſaxis ejus ætatis, quæ Claudii Gotthici tempora attigit, moris hujus in ſcribendo veſtigia quærimus, cùm vel ipſi numi auctoritate publica cuſi, in quibus tamen tantò diligentiùs; atque exactiùs, notæ inſculpebantur, hiſce idiotiſmis non raró laborent? Unum præ aliis laudaſſe ſufficiat Corneliæ Saloninæ Aug. numum, apud Angelonium (1), cujus pars averſa ità ſcribitur: BENERI GENITRICI. Superſedeamus itaque a congerendis exemplis pluribus in re omnium maximè perſpectà; ſolùmque unum addamus; in quo modica dos eſt abuſus ille conſonantis B, cujus gratiá affertur. Poterunt namque, ni fallor, qui Latii antiqui monumenta ſacra, ac profana rimantur, lapidis hujus ope aliquid reſciſcere circa ædificia Agri, vel Urbis Albanenſis. Eſt autem menſa ex marmore candido, quadrata, tripedalis, in Vinea Collegii Hibernici, ad Caſtrum Candulphi, milliari ab Urbe Albanenſi, ſcripta characteribus incultis:

CONSTANTINVS
HAEC TIBI
RENOVA

Cui

(1) *Hiſtoria Auguſta, illuſtrata colle medaglie, pag. (mihi) 266.*

Cui ſaxo ſimile omninò aliud, ſed mutilum, eodem characterum genere, eſt ad Sacellum a Sancto Sebaſtiano dictum (1), ſecùs Appiam ad lapidem tertiumdecimum; inter Albanum recens; ac Bovillas; quas nunc ruſtico nomine dicunt *Le Frattocchie*: nam propè limen Sacelli ejus, ità in grandi fragmento legimus:

S Λ I ⊥ N ∀ ⊥ S


P O S V I T

Quærant alii de CONSTANTINO hoc, atque CONSTANTIO, quinam fuerint. Quærant, de qua nam ædificii inſtauratione, aut erectione loquantur lapides. Num de Prætorio aliquo regali, quale in iis collibus erant Clodianum, Pompejanum, Domitianum: An potiùs de Ponte, aut alio publico Appiæ Viæ monumento; aut de Caſtris Albanis; aut de Templo aliquo Urbis Albanenſis; nam in Oppido illo Templum, a Sancto Joanne Baptiſta dictum, Conſtantinus Auguſtus extruxit; ut ex Bibliothecario, ni fallor, docet Ciampinus, ubi de ſacris ædificiis Imperatoris illius. Mihi monumenta hæc, neſcio utrùm hactenus edita, eruditioribus indicaſſe ſufficiat.

Ad Lapidem SEVERÆ revertor; in quo ſupereſt (quod ad elementorum conſonantium permutationem ſpectat) N, uſurpatum pro M, in vocabulis, NOBЄNBPЄIBOYC, MHCωPωN, & ΔЄδPωN. Nihil autem animadverſione longiore dignum hìc eſt. Græcus homo, qui epitaphium poſuit, licet fortaſſè nolens erraverit in τὸ NOBЄNBPЄIBOYC, Græcam tamen terminationem volens libens dedit barbaris Vocibus, MHCωPωN, & ΔЄδPωN; elegantiæ, ut ipſe quidem arbitrabatur, atq; ἰυφωνίας ergò. Certè minùs barbaro inflexu, quàm fuerint illa, ANNORO, DIERO, quæ & ſupra vidimus, & infra inveniemus. Neque a Latino uſu ætatis ſuæ admodùm abiit, elementa ea permutando. Frequentiſſimè namq; alternant in monumentis antiquis mutæ M, atque N. Non aggerabo exempla in re notiſſima; contentus hiſce duobus. Primum habeo ex titulo Cœmeteriali, quem exſcripſi Romæ: Ibi legitur IM, pro IN.

 MAR-

[1] *Vasgò*, Romitorio di S. Sebaſtiano.



MARCELLA CESQVATIMPACEM

Alius, pariter Cœmeterialis, quem exſcripſit mihi religioſus collega, vir eruditus, barbariem barbarie cumulans, habet CuN QueN:

AVRELIA · VICTORA · QVAE. VIXIT · A
AVRELIVS · BASSVS. COIVGI
CVN · QVEN · VIXIT · ANNIS. VII · M
IN PACE

(sic, over VICTORA)

Jam ergo ad mutatas, extritas, adjunctas in epitaphio SEVERAE vocales conſiderandas pergamus.

§. IV.

ABUSUS VOCALIUM AC DIPHTHONGORUM IN EPITAPHIO S. SEVERÆ.

ALiud Helleniſmi ſui dat nobis indicium Severianus Epitaphiographus, in primo ipſo Epitaphii vocabulo, ſcribens ΚωϹΟΥΛΕ, cum diphthongo in ſecunda ſyllaba. Nimirum, *Cecropiis ignota notis, ferale ſonans V* [1], quoties a Græcis exprimenda eſt, in nominibus, quæ a Latinis acceperunt, toties eos in anguſtias conjicit. Vidimus ſupra [2] ΚΥΕ ſcriptum, pro latino prænomine QVAE; & ϹΟΥΚΚΕϹϹΑΝ, pro SVCCESSA; & ΔΥΛΚΙϹϹΙΜω, pro DULCISSIMO. In eâ autem, de qua diſſerimus inſcriptione, habemus ΝΟΒΕΝΒΡΕΙΒΟΥϹ, & ΛΟΥΝΑ, & ΠΟϹΟΥΕΤ, ac

(1) *Auſon. in Monoſtich. Eidyl.* 12. (2) *In inſcriptionibus allatis*, pag. 61. & 62.

ΑC ΤΟΥΩ ; diphthongo ΟΥ indiſcriminatim adhibitâ, ſive ad U breve, ſive ad U longum notandâ. Ut veroſimile reddatur, nullum habuiſſe Græcos ſonum, qui magis accederet ad V Latinorum, quàm vel ſimplicem Υ [1], vel dipthongum ΟΥ. Nomen ipſum Consul; quod Græci ſæculis deterioribus Latio ablatum donaverunt pallio, effertur ab iis cum dipthongo ΟΥ: ΚΟΝCΟΥΛΟC, ΚΟΥCΟΥΛΟC; quemadmodum teſtatur D. Du Cange [2]. Neq. id quidem injuriâ; quandoquidem, V *modò correptam*, *modò productam*, *videri* Ȣ *diphthongi ſonum habere*, ſcripſit Priſcianus *lib.* 1, ubi vocalis V, apud Latinos, ſonum examinat.

Neque tamen ſolum vocabulum ΚΩCΟΥΛΕ in Severæ epitaphio, diphthongo indebitâ ſcribitur. Videbis diphthongum eamdem in verbis ΠΟCΟΥΕΤΕ. ΤΟΥΩ. ΑΝΝΟΥΩΡΩΜ. ΝΟΒΕΝΒΡΕΙΒΟΥC; ac præterea diphthongum ΕΙ, uſurpatam modò pro I productâ, modò autem pro correptâ in ΚΑΤΑΔΕΙΩ. ΝΟΒΕΝΒΡΕΙΒΟΥC. ΦΕΛΕΙΕ. ΛΕΙΕ ΕΙCΠΕΙΡΕΙΤΩ &c. EI, pro I longâ, paſſim apud Veteres Latinos adhibitam, inſcriptiones antiquæ, ac libri docent. De Græcis autem minor eſt quæſtio. Uſum verò promiſcuum ejus diphthongi, etiam ubi I correpta exprimenda eſset, non habent niſi incultæ aliquæ temporum antiquiſſimorum inſcriptiones; eâ ſcilicet ætate ſcriptæ, quâ major habebatur honor varicoſis Centurionibus, quàm aut Grammaticis, aut Poëtis: vel in lapidibus ætatis ſequioris, quâ rebus in deterius quotidie labentibus, externa barbaries omnia infuſcaverat. Sic Nisei, Vbei, Ibei, Sibei, legitur in celeberrimo S. C. de Bacchanalibus, quem illuſtravit Ægyptius; neque ibi ſolùm legitur: Archaicus namque diphthongorum abuſus, ab antiquiſſimis illis Tabulis ad recentiores ſæculorum ſecundi, tertii, quartique, gradum fecit; præſertim ubi finitimus erat ſonus, quo vocales, diphthongique pronuntiabantur: quod ex Lipſio [3] obſervavit Fabrettus *cap.* v. *pag.* 384.

Quin & aliquando, literam I conſueto longiorem, quam EI diphthongo, vel duplici II ſubrogaverant, pro ſimplici & correptâ I ſculptam legimus in lapidibus ſæculi, cæteroqui elegantis. Inſpice τὸ IussIr in hac excultiſſima baſi ſæculi ſecundi, nuperrimè inventâ in ruinis Lanuvii [4], & Populo Romano donatâ ab Eminentiſſ. D. Card. Alexandro Albano, ut ſervaretur in Capitolio. Ecgraphon ejus mihi tranſmiſit D. Franciſcus Cuccumos, *Vicarius*, ut appellant *Foraneus*, Emi Epiſcopi Albanenſis; vir gnarus atque eruditus; mihique, ob morum ſuavitatem, atque elegantiam ingenii, in paucis charus.

IMP.

(1) *Vide quæ in hanc rem doctiſſimè animadvertit Matthæus Ægyptius*, *ad S. C.* de Bacchan. *pag.* 154.

(2) *In Gloſſar. Græcitatis.*

[3] *De rect. pronunt. Latinæ Linguæ cap.* XI.

[4] Lanuvium *putavi oppidum hoc*, *iis adhærens qui* Lanuvium, *ac* Lavinium *idem fuiſſe putant. Oppidum namq; ubi lapis inventus*, *nunc appellatur* Civita Lavinia. *Verùm, quia non deſunt qui Lanuvium alibi locatum velint*, *hanc ego controverſiam Chorographicam non tangam. Niſi aliud eſt* Lavinia *recens*, *aliud* Lanuvium, *crediderim eo loci fuiſſe Templum* Iunonis Lanumvinæ *ejus*, *cujus Statua in Capitolio aſſervatur.*

(1)

IMP · CAE · DIVI · TRAIANI
PART · F · DIVI · NERVAE · N ·
TRAIANVS · HADRIANVS · AVG ·
PONT · MAX · TRIB · POT · $\overline{XX}$ · COS · $\overline{III}$ · PP ·
I · S · M · R · STATVAM · EX · DONIS · AVREIS
ET · ARG · VETVSTATE · CORRVPTIS
FIERI · ET · CONSECRARI · IVSSIT ·
EX · AVRI · P · III = ET · ARG · P · CCVI =

Quid de hiſce PONTIENIS, quos e ruinis SALONÆ in Delmatis [2] miſit mihi P. Antoninus Caſtellani Soc. Jeſu, in ea regione Miſſionarius?

PONTIEN ///// CALE VI SIB E
T · FLAVIO · AVG · L · SVAVI · VIRO
Q · PONTIENO · SVAVI · FIL · ANN · X

Quam ſequitur, exſcripſi Romæ, ex lapide qui eſt in horto Puellarum, quas *Mendicantes* dicunt, ad rudera Templi Pacis. Ibi DIES, longiore I ſculptum videbis.

SE-

(1) *Imperator Cæſar Divi Trajani Parthici Filius, Divi Nervæ Nepos, Trajanus Hadrianus Auguſtus, Pontifex Maximus, Tribunitiæ Poteſtatis* anno *vigeſimo* (Chriſtianæ æræ CXXXVII) *Conſul tertium, Pater Patriæ,* IVNONI SISPITÆ (*quæ &* SOSPITA) MAGNÆ REGINÆ *Statuam &c. ex auri Pondo III, & Sextanta* (fortaſſe enim id ſibi velint lineolæ illæ =, quæ uncias duas videntur ſignificare) *& Argenti Pondo* CCVI, *ac ſextante.*

[2] *Non memini me hanc Inſcriptionem legiſſe inter* Inſcriptiones Dalmaticas *Joannis Lucii Tragurienſis.*



SEVERE BENEMERENTI
FECERVNT PARENTES IN PA
sic
QAE VIXIT ANNO MES TRES DI XX

Et hoc non contemnendum fragmentum, in quo notandum τὸ SIBI, Romæ vidi, in Cauponula quadam, propè Sancti Theodori, ſub Palatino:

ENAS · C · F · PVP · NIGER [1]
B · IANO MEDIO SIBI ET
ENATIAE · C · L · VRBANAE
SVFENATI · C · L · ARGYNNO
C · SVFENATI · C · L · ANTEROTI
SVFENATI · C · L PRIMIGENIO
EX TESTAMENTO · H · S CCIↃↃ
ARBITRATV
ARGINNAE · C · L · VERANAE

Adde & illud INTELLIGANT, quod eſt in epitaphio Urbanæ, relato § III, *pag.* 12. atque alia mille, exempla ſubrogatæ in locum vocalis brevis, literæ I productæ, quam pro diphthongo uſurparunt, qui emendatiùs ſcripſere.

Verùm, non hìc ſtitit effundentis ſeſe in Latinam linguam peregrinæ barbariei decoloratio. Ipſas ſæpè diphthongos, geminâ Vocali expreſsâ pro Vocalibus ſimplicibus pinxere. Ne multis: en pauculas inſcriptiones ἀνέκδοτας, diphthongis pravè poſitis βαρβαριζούσας, quibus addi poſſunt ſupra allatæ, PECULIARIS, *pag.* 110, CLAUDIÆ CAESIAE CHARITOS, *pag.* 122. FLAVIAE SECUNDAE *pag.* 123, & alias. Prima ſit, quæ mihi miſſa a Fano Sanctæ Anatoliæ, in Picentibus, Diœceſeos Camerinenſis, legitur in antiqua Ara, inſertâ Turri Eccleſiæ Majoris. Eam exeripſit Ill. ac Revmus D. Theodorus Pongelli, Epiſcopus Interamnenſis. Ibi legitur AESAR, cum ſecunda illa diphthongo redundante.

NOR-

[1] Facilè ſuppletur: *Cajus Suſenas*, *Caji Filius*, *Pupiniá* Tribu, *Niger* cognomine; *Ab Jano medio*, Viâ ſcilicet *Janus* appellatâ. (Adi Pitiſc. Lexic. Antiq. V. *Janus*) *Sibi*, & *Suſenatiæ*, *Caji Libertæ*, *Urbanæ*, *Cajo Suſenati* &c.

[1]

NORTORI
N·F· POL
FEROX
AESAE
EVOCATVS AVG
IOVI CAELESTI
V. S. L. M.

Alteram hanc exſcripſi, e grandi cippo, in ſuburbano Peruſino Comitis *d' Oddi*, ad S. Herminium.

GAETVLICAE
HAVE
D M
GN. POSTVMI
GAETVLICI. QVI
VIX·ANN·XIII. M
II·D·VIII·PATER·ET
MATER·ET·M
CALLIDIVS· SATV
RNINVS. AVVN
CVL. FECEVNT

Acci-

[1] Legerem. *Numerius Ortorius, Numerii filius*, *Polliá* (Tribu) *Ferox* (cognomine) *Æſerniá* (Patriâ) *Evocatus Auguſti*; *Jovi Cæleſti Votum Solvit, Libens Meritò*:

Sic AESÆ *ſcriptum fuiſſet pro* AESERNIA; *quod ſæpè ſinè diphthongo in antiquis ſaxis militaribus legitur; ut apud Gruterum* DLXX. 10. *& Fabrett. cap.* IV. *Inſcr.* 512. *pag.* 339. *Verùm obſtat, quòd ibi* AESERN, *non ad* POL*liam*, *ſed ad* POMP*tinam tribum adſcripta indicetur. Fortaſſe igitur τὸ* AESAE *ſcri-*

Accipe & hoc Adverbium, VERAÉ, cum diphthongo indebitâ, e lapide in agro Tiburtino, ſuper portæ ruralis epiſtylio:

D M
HIC·SITVM·CORPVS
RESTITVTES·QVAE VE
RAE.ET·NOMINE.ET
MORIBVS RESTITV
TA VIXIT.ANNIS·XXI
BENEMERENTI //////

Eam verò quæ ſequitur, eductam ex Cœmeterio SS. Gordiani, & Epimachi, vidi penes D. Canonicum Boldetti:

[1]

IVLIA·QVAE NIT
A FANO FORTVNE
sic
LIBERTABENME
RITA.VICTORIS

R Vide

ſcriptum fuerit in Ortorii Ará, pro AESI, *vel* AESIO, *Coloniá in Picentibus, ad* AESIN *fluvium, quæ nunc dicitur* Jeſi. *Ea ſanè videtur ad Tribum* POLLIAM *adſcripta fuiſſe: nãque in Collectaneis Donii, Claſſe Secunda, Inſcr.* 74; AESIS *cum nomine Tribûs* POLL*iæ conjungitur. Hinc eruent Grammatici Coloniam illam, non tantùm* AESIM; *ſed &* AESAM, *dictam fuiſſe.*

(1) QVÆ NIT, *fortè pro* QVÆ VENIT; *ſicut* QVIXIT, *pro* QVI VIXIT, *in lapide admodùm trito, quem vidi in Maceria horti Capuccinorum ad lacum Albanum:*

D
BIBIVS VRS
VS QVIXIT
ANN XIII
ET FRATR ////
//////////////////////

Fortaſſe tamen QVAE NIT, *pro* QVAE VÆNIT; *ſcilicet, quæ venundata*

Vide etiam utrùm ſuperfluat diphthongus EI, in hoc fragmento Toreumatis eſegantiſſimi, quod eſt in Muſeo Collegii Romani;

Hercules. Diana Venatrix, cum cane, operis Anaglyphi

I·AVG·PII·FELICIS·ET·ATILI [1]

VMERI·EQSICNEI·ET·7. EXERC

C·CASSI·ROMANI·L ∴∵ VICT

II·IDVS·IA ...

SILAN ...

Verùm, non πολυφθόγγα tantùm Verba habet Severianum epitaphium: habet & ἀδιφθόγγα. Deficit enim diphthongis neceſſariis AI in poſtremis ſyllabis Nominum, ΦΕΛΕΙΕ. CΕΒΗΡΕ. ΚΑΡΕCCΕΜΕ; deficit diphthongo AY, in primo verſu, ΚΑΤΔΕΙϹΩ [2]: In hoc verò diphthongorum defectu etiam, qui SEVERAE Martyris epitaphium ſcripſit, nil peccavit contra communem eo tempore [3] loquendi, ſcribendique modum. Ità locutos tum Romanos, diſceres, (ubi alia monumenta deeſſent) e monſtroſo Hexametro, apud Aelium Spartianum in Peſcennio;

Terror Ægyptiaci Niger adſtat militis ingens.

Quòd ſi ad inſcriptiones provoces, plenæ ſunt rei notiſſimæ exemplis collectiones Manutii, Lipſii, Gruteri, Boſii, Aringhi, Reineſii, Sponii, Pridoſii, Fabretti, Malvaſiæ, Vignolii, Boldetti, Donii, Gorii, aliorum-

data eſt: quo caſu hæc IULIA *fuerit Serva publica. Favet Juliæ nomen: nam* FANUM FORTUNAE *appellatum etiam fuit*, COLONIA IULIA FANESTRIS; *aut*; COLONIA IULIA FANUM FORTUNAE. *Certè Servis* IULII *nomen, ſi quando Libertatem adipiſcerentur, manumiſſi a Coloniis* IVLIIS. *Verùm*, IULIA *hæc*, LIBERTA *dicitur, non* COL. IULIAE FANESTRIS, *ſed* VICTORIS. *Hinc mihi caligo. Cæterùm*, QVIXIT, *pro* QVAE VIXIT, *invenies in obſervatis Boldettianis, Lib. II. cap.* XIII, *pag.* 493. *in Epitaphio Puellæ* CASTRESAE.

[1] *Si intelligere me dicam nexum hunc* EQSIGNEI, *nolim credas. Fortè ibi ſculpendum fuerat* NUMERI EQUITUM SIGNIFER; *ſequitur namque*, ET 7. (*ideſt*, CENTURIO) EXERC. *an* EXERCITATORUM? *Sed fortaſſe etiam, ibi ſculpendum fuerat*, NUMERI EQVITUM SINGULARIORUM. *Res in obſcuro eſt, neque, diffracto lapide, tuti quippiam ſtabiliri poteſt.*

[2] *Niſi fortè ibi τὸ K, monogramma ſit, in quo* K *ſimul, &* Λ *ſit conjunctum: τὸ verò* Λ *quod ſequitur, pro A ſcriptum ibi fuerit, quod fieri conſuevit. Fortè tamen* KLUDIO *tum, non* CLAUDIO, *vulgus rude dicebat. Hinc* FORUM CLUDI, *pro* FORO CLAUDII, *in Actis SS. MM. Marciani, & Sociorum, laudatis ab Aringo; Romæ Subterr. l. 4. c. 40. &* CLUDERE, *potiùs quàm* CLAUDERE.

(3) *Gorius, Tom. I. Inſcr. quæ in Etruria, pag.* 116. Frequenter E poſitum in antiquis Inſcriptionibus, pro AE, notat Scaliger..., & Reineſius &c. *Cui animadverſioni addit Cl. Antonius M. Salvini*; Ità & in MSS. optimæ notæ, tum Latinis, tum Græcis, E pro αι, & contra.

rùmque. Obſervari hoc etiam poten in multis ex Inſcriptionibus iis, quas in hac eadem Diſſertatione congeſſimus; ut plura afferre in hanc rem videri poſſit γλαῦκ' ἐις Ἀθήνας. Verùm, quia in aliquibus ex epigraphis, quas habeo, ita deficientibus, vel novitas ipſa placebit, vel alia quæpiam dos, qua commendari merentur; eas proferamus. Prima hæc ſit, quam e lapide characteribus puleherrimis notato, exſcripſi, in Cœmeterio Sancti Hermetis:

TETTIE (*sic*) TRIGRIDI (*sic*) CVM QVA
VIXI ANN VII Ð XII

Hanc etiam, quæ ſequitur, ibidem inveni:

AQVISITE BENEME
RENTI ALVMNE MERE
NTI·QVEVIX·AN·IIII·M·V

Exſcripſit hanc aliam, in Pago *Torrimpietra* P. Joſeph Rocchus Volpi:

IN ☧ MVSCVLE FILIAE DVLCISSI
ME IN PACE Ð VI K OCT ʒ

Ad S. Mariæ trans Tiberim legi, quam ſubdo, epigraphen adiphthongam:

(1) DOMINE COMPARI IOVINE
BENEMERENTI QVAE VIXIT
MECVM ANNOS II M UIIII (*sic*) D UI (*sic*)
IN PACE DEP DIE IIII NON SEPT

(1) *Ecce Conjugem,* DOMINAE *titulo a Marito honoratam. Videbis hoc &* *in Epitaphio* VALERIANAE, pag. ſequent. *Recole dicta iu hanc rem*, §. IX, pagg. 66. 67.

Prope eamdem Baſilicam, in hortulo adjacente DD. Canonicorum, hanc legi, atque exſcripſi:

(1) ARGENTILLVS BENEROSE C C
IN PACE ☧

Atque hanc aliam:

[2] AVR · VICTOR · PAREGORIE ·
COIVGI · PVDICISSIME · BENE ·
QVESQVENTI INPACE · DEP XVI K
AVG

Lapidem, qui ſequitur, inhærentem loculo vidi, in Cœmeterio S. Baſillæ:

(3) MAXIMINVS DOMINE CONIV
sic
CI VALERIANE CVM QVEM VIXI
ANNIS II MENSIBVS V D XI
DEPOSITA VIII ID OCT P ANN XXI

in

(1) *Hanc* VENEROSÆ *inſcriptionem, prout etiam Epitaphium, quod ſubditur* PAREGORIAE, *invenit anno* 1729. *in Cœmeterio Gordiani, cum Vaſis cruentis loculos ſignantibus D. Canonicus Boldetti.*

[2] QVESQVENTI, *pro* QVIESCENTI, *quod in lapidibus Chriſtianis crebrum, ut dixi*, §. x. pag. 70. *Virum* PAREGORIUM, *Martyri huic cognominem, inveni in Titulo, e Cœmeterio S. Urbani.*

VII KAL MARTIAS
PAREGORIVS IN PACE



[3] *Neſcio quid ſibi velint ultima verba*, P. ANN. XXI. *Suſpicabar fortaſſe legenda*. PASSA ANNO XXI.

In quo eodem Cœmeterio hanc inſcriptionem invêni, ſepulcro appoſitam, in diverticulo hypogæo, tùm primùm detecto:

VITALISSIMVS RVFI
NE DVLCISSIME QVAE VIXT (sic)
ANNIS XXXII M II D X · KARISSIME
COIVG · QVE MECVM BENE LABORV

Hanc, quæ ſequitur, habeo ex apographo P. Dominici Franchini Soc. J; qui dubitabat, num lapis a quo eam exſcripſit, a Chriſtianis, an potiùs ab Ethnicis poſitus fuiſſet:


D M
BONE MEMORE
VRSE CARISSIME COIVGI
FECIT SECVNDVS CASTE
BENEMERENTI QVI ME (sic)
CV VIXIT ANIS
XVI

Neglexit ſequentis tituli epitaphiographus dipthongum EI, in Verbo Κεῖται. Servatur autem ea epigraphe, e Cœmeterio Priſcillæ, apud DD. Gentili, Patritios a Fano Sancti Severini, unà cum coſta, & coxendice inclytæ Martyris, cujus ſepulcrum tegebat:

ЄΥ-

XXI. *ſed cùm lapidem in Cœmeterio viderim, ſemitá nondum ab humo liberatá penitùs, latebat adhuc locus, ubi Vas cruentum apponi Martyribus ſolebat. Hinc hæreo animi incertus, utrùm ſignificet* POST ANNUM XXI; *an verò* PERIIT ANNO XXI. *namque & hæc ? baſis chriſtiana eſt.* FERRIOLUS, *apud Boldett. pag.* 411. PERIT ID SEP. & SIMFOROSIS, *apud eumd. pag.* 407. PERIT ANO XXXV. *Cæterùm* τὸ PASSA *magis proprium eſt. Videſis in Fabrett cap.* X. *Inſcr.* 491. *pag.* 738.

ERMETES ☧ PASSUS



[1]

Et hoc græcum caret ſecundâ diphthongo, in verbo Κῖμαι. Eſt in Muſeo P. Kircheri




(2)

Anchoram rurſus vide in hoc, ſimiliter κακογεγραμμένῳ epitaphio bilingui Varroniæ Plotinæ, quam in characteribus iis græcis nuncupari credo ΙΗΣΟΥ ΧΡΙΣΤΟΥ ΔΟΥΛΗΝ, Jesu Christi Ancillam, titulo Chriſtianis Virginibus conſueto; ut obſervat Boldettus, ad Aureliæ Agapetillæ Epitaphium, *lib. II, cap.* XII, *pag.* 466. Eſt lapis Romæ, apud March. Capponi:

VAR-


[1] *Lege*: Ευσεβία κεῖται: ἐτῶν δ'. πρὸ ιε καλάνδων Ιανουαρίων.
Euſebia jacet (hic) *annorum quatuor. Ante* diem *decimum quintum Kalendas Januarias*, Depoſita.

[2] Scilicet. *Fidelis, ex Fidelibus exiſtens, Zoſimus hic jaceo. Qui vixi Annos duos, Menſem unum, dies viginti quinque.*



Lapis Christianus è Cœmeterio Romano ad Cliuum Cucumeris, erutus anno MDCCXXVI
Est in Museo Kircheriano Collegii Romani Societatis Jesu


VARRONIVS
FILVMENVS · VARRONIAE
FOTINE · FILIAE · SVAE
FECIT



ΔΟΥ ΛΗ

Dubius ſum, utrùm & eam, quam ſubdo, adſcribam negligentibus diphthongum:

AVGENDE · SPIRITV
CVM IREN



Prodiit e cœmeterio Sancti Urbani: Poſſet legi: Augendæ *mulieris* Spiritus Cum Irene, ſcilicet, Cum Pace; aut Cum Irene, chriſtiana Sorore conſepulta. Sed poteſt etiam Viro alicui Augendo poſitum fuiſſe illud eclogium, in quo Viator pius defunctum alloquens apprecatione religioſa, dicat; Augende, Spiritus *tuus ſit* Cum Irene, ſive *cum Pace.* Utramque conjecturam fulcit pulcherrimus lapis e Muſeo Kircheriano quem æreis formis expreſſum exhibeo *Tab.* xvii, Ibi Chriſti imaginem obſervabis, Paſtoris habitu oviculam ſuper humeros geſtantis; ibi Fideles, agnorum imagine figuratos; ibi Phoenicem reſurrectionis ſymbolum, ibi chriſtianas pro defunctis Calemera, atque Hilara, preces;

KALEMERE DEVS REFRI
GERET SPIRITVM TVVM
VNA CVM *Spiritu* SORORIS TVAE HILARAE;

Ibi

Ibi demùm omiſſam diphthongum in ultimo nomine; ut poſſit inſcriptio hæc, jure inter pretioſiſſimas recenſeri.

Neq; hæc barbaries, & neglectus orthographiæ, quòd attinet ad diphthongos, in chriſtianis lapidibus tantùm obſervatur: *Non ſolos tangit Atridas iſte dolor*: Etiam Ethnici epitaphiographi, licèt utplurimùm diligentiores in epigrammatis ſuis, leges tamen exactè ſcribendi ſæpè ſunt prætergreſſi. Addamus editis exempla aliquot, quæ reor inedita. Diphthongo caret in ultimo vocabulo hæc Urnulæ cinerariæ frons, quam in Vinea, proximâ Antonini Caracallæ Thermis, invênit P. Alexander Lesleo S. J. Fuerat illa ab Operis inter ſarriendum detecta, atque inter fragmenta inutilia fabricæ deſtinata, niſi ipſe ſuperveniens eam fato ereptam in Muſeum Kircherianum transtuliſſet;

D , M
sic
M × VLPIO
AGATHONICO
PAEDAGOGO
ACAPVTAFRI
CE [1]

Cippus in Vinea, ſecùs Appiam, ſecundo ab Urbe Lapide, ad S. Sebaſtiani: exſcripſi.

D M S
SVLPICIE IANVARIE
MATRI CASTE BENE
MERENTI SATRIVS
ALEXANDER FILIVS
FECIT


Ethni-

[1] *Vicus Romanus* a Capite Africæ *notus eſt ex Inſcriptione Pædagogorum multorum, quam affert Fabrettus cap.* IV. *Inſcr.* 257, *& ex alia, apud Gruterum,* DLXXXV. 6; *niſi quod ibi malè ex lapide deſcriptum eſt*, AC APUD AFRICAS; *cum exſcribendum fuiſſet*, A CAPUT AFRICÆS; *ut in Notis ad recentiorem editionem Theſauri ejus animadverſum eſt*.

Ethnico pariter e ſepulcreto eſt inſcriptio ſubjecta, quam vidi Romæ, atque exſcripſi, apud Propolam in Foro Agonali: neque tamen chriſtianorum lapidum cacographiæ admodum ſuccenſere poteſt.

D ♡ M
P CVRTIVS
FILEMON · QVIN
TE · FILIE · DVLCISSIM
FECIT

In Urnula octogona operis exquiſitiſſimi [1], apud Em. Card. Alexandrum Albanum, duo ſepulcrales tituli frontem occupant. Dividitur namque interiùs urna a Diaphragmate, in partes duas, ſuperiorem & inferiorem, ubi in epigraphe lorum illud marmoreum, in cilindri jacentis modum, effictum eſt.



[2]

S　　In

[1] *Mirum; adeò neglectis characteribus ſcriptam eſſe Urnam operis anaglyphi, tam diligenter, ac feliciter elaboratam, ut nil perfectius. Verùm non ejuſdem fortaſſe ætatis eſt epitaphium, & ſculptura. Aut ſanè non idem eſt grammaticè ſcribere, & affabrè ſculpere.*

[2] *Secundum ex his titulis habet Ill. Fabretti*, Inſcr. cap. II. 256. *ſed a primo ſeparatum, & ſinè monogrammis illis: Quare conjicio non fuiſſe ab eo Urnulam ipſam viſam.*

In Villâ D D. Sinibaldi, ad Flaminiam; non procul a Porta, quam *a Populo* vulgò dicunt, vidi hanc Inſcriptionem Græcam, ἀδιφθόγγως in particula καὶ:

ΑΜΕΑΙΩ ΤΕΚΝΩ ΓΑΥΚΥ [1]
sic
ΤΑΤΩ ΟϹΕΖΖΗϹ
ΕΝΕΤΗ Β ΜΗΝ
ΑϹ Β ΗΜΕΡΑϹ
Ε ΑΜΕΛΙϹΑΡΧΩ
ΚΕ ΜΑΡΙΑ ΓΟΝΞΙϹ ΤΕ
ΚΝΩ ΑΜΜΩ ΜΩΟϹΕΙΩ
ΕΠΟΙΗϹΑΝ

Inter lapides quoſdam literatos, qui inventi ſunt, ante annos non ita multos Corneti, nunciatum mihi fuit & hunc retoſſum, rudem, atque impolitum:

D. M.
SATVRNIN
A HAVE QVE
VIXIT ANNIS
II. MENSES
VIII · DIES · VIIII
ANTICONVS EI
SABINA PAREVT
sic EECEVNT BENEME
RENTI FILIAE.

Sed

[1] Videtur explicari poſſe: *Amelio Filio dulciſſimo, qui vixit annos duos, Menſes duos, Dies quinque: Amelii, Archon, & Maria (corrigo namque* Ἀμέλιοι Ἄρχων, καὶ Μαρία) *Parẽtes, Filio meo Muſeo fecerunt. Non planè intelligo vocabula* ἀμμῷ μωσσίῳ, *niſi explicentur;* Meo ſuavi; *ſicuti Lucretius dixit lib. primo,* Muſeo contingens multa lepore, *idest* ſuavi & Muſarum proprio.

Sed jam queritur Lector apponere me pro bellariis, ac tragemat is, *fatuas Fabrorum prandia, Betas*: Quamquàm autem & in hiſce minùs eruditis lapidibus ſæpe viri docti inveniant aliquid, quod non ignoraſſe pretium operæ ſit, tamen ceſſemus a coacervandis inſulſis hujuſmodi inſcriptionibus malè ſcriptis. Duas, treſue tantùm, addamus ex Muſeo Kircheriano; quarum uni pretium facit figura lamellæ æreæ, cui inſculpta eſt; Amuleti, aut veriùs, *Talismanni* inſtar: aliis autem, ſimplicibus cæteroquin, & communibus, laudi eſt, quòd græcè conceptæ ſint. Eccillas:

(1)

CΥΡΩΑCΤΝ
ΚΡΙΤΩΨΥΧΗ
ΔΙΟΝΥCΙΑC
ΤΩ ΙΔΙ ΩC ΥΝ
ΒΙΩ · ΩΤΙΝΙ
CΥΝΕΖΗCΑ
ΚΑΛΩCΚΑΙ
ΑΜΕΝΠΤΩC
ΕΠΟΙΗCΑ
ΜΝΙΑCΧΑΡΙΝ

[2]

Θ . Κ
ΑΝΤΩΝΙΑΙ
CΥΝΒΙΩ · Ε · Κ
ΠΟΥΠΑ · ΙC
ΜΝΕΙΑC
ΧΑΡΙΝ

[3]

ΕΥΨΥΧΙ
ΤΕΚΝΟΝ
ΔΙΟΝΥCΙΟΔΩ
ΡΕΜΗΝΩΝΙΘ
ΗΜΕΡΩΝ
ΚΔ

En autem Votivam illam laminam, quam ex anſula ſuperpoſita conjicio fuiſſe exſculptam, ut geſtaretur pendens e collo.

[1] Mniac *pro* Mneiac. Explico. *Syro, incomparabili Animæ. Dionyſias Conjugi ſuo: cum quo vixi benè, & ſinè querimonia: feci memoriæ gratiá.*

[2] *Diis Infernis. Antoniæ Convictrici: Annorum viginti. Pupa, in memoriæ gratiam*: εic debuerat ſcribi, non ιc.

(3) εΥΨΥΧΙ *pro* ΕΥΨΥΧΕΙ. Interpretor. *Bono animo eſto, Fili Dionyſiodore* (a Baccho date) *Menſium undeviginti. dierum vigintiquatuor.*




Habes ibi, intra aream ὀκτάγωνον, deſcriptum lineis πεντάγωνον, intra quod, quadratum. Ad quadrati latera, ſymbola inciſa ſunt, ut ſuſpicor, quatuor elementorum. In quadrato ipſo, ÆscuLAPII nomen, cui lamella SACra eſt, ita eſt imperitè ſcriptum, ut medica manu egeat, non minùs atque æger ille, qui tam rudi φυλακτηρίῳ utebatur.

Neque in diphthongis tantùm; ſed & in vocalibus, non pauca, contra regulam ſcripta, habet epitaphium SEVERÆ. Hiſpidas, atq; horribiles ibi voces intuebere, BENEPEC. ΦΕΛΕΙΕ. ΚΑΡΕCCEME. ΠΟCOYETE; & alia fortaſſe ſimilia. πλατυστομοῦντα profectò Scriptorem, qui apertiorem vocalem E uſurpet tam libenter, pro exiliore I! Quem loquendi modum apud Italos habent nonnullæ trans Campaniam Provinciæ, ac Populi, maximè Appuli, quos proinde, utpotè diducto ore loquentes, Itali reliqui in Comœdiis deridemus. Si quis autem hanc LEVCETEM excuſare velit, numero eorum, qui ità inconcinnè circa ætatem Claudii Gotthici loquebantur, inveniet hujuſmodi corruptæ locutionis veſtigia non pauca in lapidibus illius ſæculi, ac ſæculorum præterea eorum, quæ Claudii ætatē vel præceſſere, vel ſecuta ſunt. SEMPLECIA, & SEMPLECA, pro SIMPLICIA, eſt in chriſtiano monumento apud Fabrettum [1]; quod nè idcirco Arianis recentius putes, quia Chriſti nomen ità adumbratum habeat A ω: quamtumvis enim eruditus quidam Scriptor putaverit, non conſueviſſe ante invectam ab Ario nefariam hæreſim appingi Chriſti monogrammati vocales A ω, ad ejus divinitatem ſignificandam; tamen facilè poteſt oſtendi, etiam ante Conſtantini tempora uſurpatos fuiſſe myſticos illos characteres, ad ornamentum, ac decus nominis Chriſti [2], quod deinde poſt Arianum Dogma crebriùs appinxerunt ſuis monumentis Chriſtiani. VERGINIUM, pro VIRGINIO; marito ſcilicet, cui Virgini CALIPODIA Virgo nupſerat, leges in ejus epitaphio apud Fabrettum (3). BIBATES, pro VIVATIS, eſt in acclamatione Chriſtiana Martini, & Angeluſæ, inſcripta la-

(1) *Inſcr. Dom. Cap.* VIII. LXXXV.

[2] *Eraclii Martyris corpus inventum in Cœmeterio Priſcillæ, cum hoc ad ſepulcrum ſigno, teſtatur Aringus Romæ Subterraneæ lib.* III. *cap.* 22. *pag.* 605.



[3] *Inſcr. Dom. cap.* IV. 139.

lapidi cœmeteriali apud Boſium (1). CUBECULARIA, eſt in lapide ad Pauli, Viâ Oſtienſi, quem refert Fabrettus [2]; qui eàdem via Oſtienſi epitaphium chriſtianum invenit Puellæ Quiriacæ, quæ a Parentibus, affectu conſueto, ſed non ità conſuetâ orthographâ, appellatur ANIMA. DVLCES (3).

ANEME BENEMEPHNTI APRICII, & ANEME INNVCETI IVSTINI dabit Boldettus (4), qui hoc epitaphium invenit in Cœmeterio Calliſti; illud verò in Cœmeterio Cyriacæ: In quo eodem Cœmeterio Epitaphium reperit Rufiæ Puellæ, DVLCISSEME, ET BENEMERENTESSEME (5); & e Cœmeterio Priſcillæ dat (6) nobis Puerum Bonifatium qui DEPOSETVS fuit, S. V. XKL. JAN. Apud Gruterum (7), Exuperius Filius Urſatio Veſtiario TETVLVM. POSVIT; & Valeria Athenais nominat aram cum FVRCEPE [8]: Ut omittamus hic quadraginta ipſa ſpecimina adhibitæ E pro I, quæ congeſſit Joſeph Scaliger in Indice Gruteriano: Præter quæ omnia, alia ſexcenta [9] exempla uſurpatæ latioris vocalis E, pro exiliore I, declinante unà cum ſæculo tertio, puritate ſermonis, conquiri & coacervari poſſent. Sed rei per ſe inſulſæ, niſi condimentum ab aliqua novitate accedat, nullum eſt pretium. En igitur aliquas (ut puto) ineditas inſcriptiones, hâc etiam antitheſi grammaticâ notabiles. In Muſeo Kircheriano hanc vidi, ex ethnico ſepulcreto eo translatam, cum illo Dativo BENEMERENTE:

D ▾ M
sic
VLP · STAFILVS COIV
sic
CI BENEMERENTE
FECIT

Et hanc, cum eodem Barbariſmo, in operculo Urnæ marmoreæ non inelegantis.

D : M

---

[1] *Rom. Sotterr. lib. 3. cap. 4.*
[2] *Inſcr. Dom. cap. III.* 390.
(3) *Ibid. cap.* 4. 39.
(4) *Oſſervaz. ſu' Cim. p.*430. *&* 807.
[5] *Ibid. Pag.* 430. [6] *Pag.* 404.
[7] *Theſ. Inſcr.* MLXI. 6.
[8] *Ibid.* DCCXI. 3.
(9) *In Collectione Inſcriptionum Etruriæ, per Cl. Gorium, Tom. I. pag.* 438. SIT TIBI TERRA LEVES. *Modœtiæ in Operculo lib. Evangeliorum,* THEODELENDA. REG. IN. BASELICA. GLORIOSISSEMA. *Vidit Cl. V. Marchio Scipio Maffæus, ac refert in Præf. ad Vitam S. Zenonis.* *Apud Feſtum,* LEPARENSES, *pro* Liparenſibus, *uſurpatum notat Gorius, qui videndus ad pagg.* 85. *&* 106., *Tomi primi; ubi Cl. Salvinus, Quintiliani auctoritate probat fuiſſe apud antiquos cognationẽ* E *&* I *literarum, quæ deinde apud ruſticanos homines duravit, etiam poſtquam in Urbe,* grave virus Munditiæ pepulere. *Hinc Varro,* de R. R. lib. I. cap. III. *teſtatur morem ætatis ſuæ, quá* Ruſtici VIAM VEAM appellant, & VELLAM non VILLAM. *Vide, & Ægyptiũ de Bacch. p.*151.

D · M
DIOGENE · AVG
SER · EXDISP
AELIA DIONE
COIVGI BENE
MERENTE

In hac, quæ e Cœmeterio Baſillæ educta dicitur, ridebis Barbariſmum illum Sene Qverella. (1) Ea Chriſtiana eſt, ut e ſiglis in fine appoſitis manifeſtè patet. Relege dicta §. XII. pag. 103.

CE-

[1] Sene Bile, *eſt in Epitaphio Aurelii Vitalionis, apud Fabrett. Inſcr. cap. II, num.* 238. *pag.* 102. Sene Querella, *apud eumd. cap.* IV. *num.* III. *pag.* 267. Sene Ulla Bilae, *apud Boldett. pag.* 443; *ſicut*, Sine Vlla Litae, *eſt inter Inſcr. Donian. Cl.* XII. 56. *pag.* 405. Sine Bile, *frequens*; & *conſueta formula conjugibus iis*,
Quos irrupta tenet copula, nec malis
Divulſus querimoniis
Supremâ citiùs ſoluit amor die;
ut Poëta (Hor. lib. I. od. 13.) *cecinit. Similes ſunt formulæ illæ*, Sine Alterutrum Animi Læsionem, *apud Boldett. pag.* 455; Sine Vlla Iniuria, *apud Doni, pag.* 107. Sine Vlla Discordia, *penes Boldett. lib. II, cap.* IV., *pag.* 372. Sine Contumelia, *inter Fabrettianas, cap. III.* 123. Sine Cujusquam Fraudem, *ibi cap. II.* 179. *pag.* 91. Sine Vlla Quirella, *id. cap.* IV. 109. *pag.* 267, *ſicut* & Sine Quærella Vlla, *Ibid.* 90. 258. Sine lesione animi. *Ibi. cap.* V. 380. *pag.* 429. Sine dolore. *Ibi. cap.* IX. 60. *pag.* 607. Sine fraude. *Ibid.* 413. *pag.* 648, Non corrupto Matrimonio. *Ibi. cap.* IV. IV. *pag.* 250. *atque aliæ hujuſmodi.* Querella *pro* Querela, *reclamante quantumlibet Analogiâ*, *atq; auctoritate Grammaticorum veterum, ac recentium, frequentiſſimum tamen eſt in* MSS, *atque in Saxis*; *ut Fabrettus obſervavit*, Inſcr. cap. IV. pag. 256. *Exemplis ab illo conglobatis addatur ſanè lapis hic, Cæciliæ Placidinæ*; *atq; hic alius, e Porticu S. Mariæ trans Tiberim*

M· ANNAEVS· M· F· ESQ
LONGINVS· MACCVS VIXIT
DVLCISSVME· CVM· SVIS AD· SVPREMAM DIEM
C· GAVIVS· PRIMIGENIVS VIX ANN VII
DESINE· IAM· MATRI· LACRIMIS· RENOVARE
QVERELLAS NAMQVE DOLOR TALIS· NON TIBI CONTIGIT VNI

CECILIVS · MARITVS · CECILIAE
PLACIDINAE · COIVGI · OPTIMAE
MEMORIAE · CVM · QVA · VIXI · ANNIS · X
BENE · SENE · VL · LA · QVERELLA · IXΘYC

Hanc, quæ ſequitur, unde habuerim non memini; ſed, undecumque illa ſit, Chriſtiano loculo adhæſit, & multa habet, quæ in illa barbarie ſermonis non deſpiciantur. Hic unam adnoto mutatam vocalem in voce DORMET:

IVLIANEQVEVIXITXXXII
DORMETINPACECVFILIAS
SVASDVASVNAANOROII
ETVA ANOROVIIETMESE
VNV ETDIESVII
INPACE
TERTIVNONASNOBENBRE

Supradicta Juliana DORMET. Quæ ſequitur PRIMA DECESSET. exſcripſit Pater Dominicus Franchini S. J. e lapide cœmeteriali.

EVSEVIO · ETYPATIO CC
VIDVSIVNIAS · DECES
SET · PRIMA QVAE
VIXIT ANNVS XXXV
M · IIDEPOSITA INPAC [1]

Quan-


In hoc lapide, M. Annæus Longinus, Marci Filius, Tribu Exquilinâ, MACCUS *agnomine dicitur. Num quia in Atellanis Stulti, ſeu* MACCI *perſonam gereret? Neque enim obſtat eum ingenuum fuiſſe; cùm Atellanæ, vetere inſtituto, ab ingenuis agerentur, teſte Manutio, apud Pitiſcum, V,* Atellanæ.

[1] DECESSET *planè ſimile eſt in lapide anni* 367. *Fl. Lupicino, & Jovino Conſulibus, eruto ex hypogæis Cœmeterii Cyriacæ, & relato per P. Mabillonium, in Supplemento Rei Diplomaticæ, pag.* 15. DECESSET DE SECULUM PUBR VICTORINUS &c.

Quanquam autem hæc Inſcriptio propriè ad ſæculum quartum pertineat, non verò ad tertium, ut a Conſulibus indicatur (Conſulatus namque Flavii Euſebii, & Hypatii incidit in annum æræ Chriſtianæ CCCLIX; ut meliores Chronologi volunt) referenda tamen fuit, tum ob idiotiſmi ſimilitudinem, tum ut pateret continuatam in plebe Romana incultam pronuntiandi, ac ſcribendi rationem, etiam poſt ſæculum tertium, de quo præcipuè quærimus; & ad quod facilè ſpectat inſcriptio ſequens Vrsae Puellæ, in qua obſervabis, in rem noſtram, illud Qvescet. Vidi lapidem ipſum, ad S. Mariæ trans Tiberim:

III · KAL ∘ AP ∘ INFANS DECESSIT NOMI
NE VRSA . Q VE VIXIT A N VNO
ET MENSES VI QVESCET
IN PACE FECE RVNT PARENTES
EIVS





Qviescet, huic geminum, reperitur in lapide, habente Poſt-Conſulatum Joannis, & Varanæ (anni ſcilicet 457.) apud Gorium [1]. Reqviescet Qvodvvltdevs Honeste Recordationes Vir, eſt in lapide, notato Conſulatu Arcadii IV, & Honorii III (anno 396.) inter *Inſcriptiones Selectas* Cl. Vignolii, *pag.* 332. Eamdem vulgi barbarizantis formulam præfert lapis, inelegans quidem, ſed tamen pretioſus, qui eſt hîc Panormi, in pavimento Templi SS. Simonis, & Judæ, quod vulgò dicitur della Martorana; ſignaturque ignoto ferme Conſulatu Fl. Sufidii (ut eſt in Faſtis, vel Sifidii, ut narrat lapis) & Claudii Dynamii; qui Conſules proceſſerunt, anno vulgaris æræ CCCCLXXXVIII [2]. Protulit quidem eam inſcriptionem, inter epigrammata Panormitana, Georgius Gualtherius: protulit, fortè ex Gualterio, Auguſtinus Inveges (3). Saxum enim ipſum, quod veluti deperditum deplorat, αὐτόπτης ipſe non conſuluit. Hinc erravit, ubi Gualtherius erraverat; & neutrubi datur exſcriptum epitaphium ad marmoris fidem; ut proinde operæ pretium ſit, hîc illud in ſua illa inculta ſimplicitate exhibere.

HIC

[1] *Inſcr. quæ in Etrur. Tom. primo pag.* 168.

[2] *Ità Petavius, Ricciolius, & aliis; quamquam Gualtherius putet eos fuiſſe Conſules ann.* CCCCXC.

[3] *In Annalib. Panormitanis, Aerâ Tert. Roman. ad ann. M.* 3814.

[1]

✝ HICREQVIESCETINPACEMVNATIAEVE
RELIGIOSAFEMINAQVAEVIXITANNO
PLMLXX DEPOSITASVBDI·EPRIDIENONAS
FEBRVARIASDYDAMIOSIEIDIOVVCC

Subdere hîc libet inſcriptionem geminam ex uno lapide, utrâque parte ſcripto; hinc quidem ab Ethnicis, inde verò a Chriſtianis, quamquam utramque epigraphen ediderit Cl. Vignolius in Collectione Inſcriptionum anecdotarum, & P. Philippus Bonanni, in *Muſeo Kircheriano reſtituto*: Animadverti namque, potuiſſe utramque diligentiùs ex lapide ipſo tranſcribi, atque hîc opportunè referri, propter illud Possidebet, quod eſt in Epitaphio Q. Medici:

Parte adversa.


D M (2)
Q MEDICVS AVG LIB
ASOLOSIBI FECIT
HOC CEPOTAFIV QVI (3)
NTAVITALISFILIAMEA
POSSIDEBETSINECONTRO
VERSIA

[1] *Hîc requieſcit in Pace Munatia: fuit religioſa femina: quæ vixit Annos plus minùs Septuaginta. Depoſita ſub die Pridie Nonas Februarias*: Dydamio, & *Sifidio Viris Clariſſimis* Conſulibus.


[2] *Cujus Auguſti Libertus fuerit Q. hic Medicus, libens diſcam. Prænomen* Quinti *indicium nobis videtur facere, eum Q. Trajani Decii Libertum fuiſſe: Neque enim crediderim libertatem fuiſſe conſecutum a Q. Herennio Etruſco Meſio Decio, Decii Filio: Hic namque (ut Angelonus obſervavit*, in Hiſt. Auguſtâ) *non* Augustus, *in numis, & lapidibus, ſed tãtùm* Nobilis Cæsar *nuncupatur.*

[3] Hoc Cepotaphium, *ſcilicet hoc ſepulcrum hortenſe, ſepulcrum in horto; quale fuit ſepulcrum, in quo Chriſtus Dominus tumulatus eſt: teſte namque Joanne Evangeliſtâ*, XIX. 41.42. Ην δὲ ἐν τῷ τόπῳ, ὅπου ἐσταυρώθη (ὁ ΙΗΣΟΥC) κῆπος, ϗ ἐν τῷ

Parte aversâ



Addo & Praefecam, ex numiſmate æreo, cujus mihi ectypon Florentiâ tranſmiſſum eſt: non tamen illud profero ſinè formidine. tum quia ſubodorari mihi in eo aliqua videor, quæ genuina non ſint; quæ ſuſpicio tenet etiam eruditos in ea Civitate Viros, qui numum ipſum contemplari præſentes queunt; tum etiam quia, quantumvis γνήσιος ille ſit, & non adulterinus; dubitari tamen poteſt, utrùm τὸ Praefecae, Praeficam [1] ibi ſignificet, an potiùs Praefectam, vocabulo quidem non ità Latino, ſed tamen ab idiotiſmis municipii (quale erat Tuder) non abhorrente:



[2]


Demùm, ne plura enumerem; hujuſmodi abuſum literæ E, uſurpatæ pro I, obſervavi in Teſſerula ærea, utrinque ſcriptâ, ejus quæ hic repræſentatur magnitudinis, quam penes ſe habet Rm̃us Can. Piombi Nucerinus,

τῷ κήπῳ μνημεῖον καινόν. . . . Ἐκεῖ οὖν . . . . ἔθηκαν τὸν Ἰησοῦν Erat autem in loco, ubi crucifixus fuit (Iesvs) hortus, & in horto monumentum novum . . . . Ibi igitur . . . poſuerunt Jeſum. *Monumentum autem illud, ſeu* μνημεῖον, *Matthæus*(xxvii. 66) *appellavit* τάφον. Ἠσφαλίσαντο τὸν τάφον: Muniverunt ſepulchrum. *Deducitur itaque vox* Κηποτάφιον, Cepotaphium a κῆπος, Hortus, *ac* τάφος, Sepulcrum. *Vide Fabrett. Inſcr. cap. II, pag.* 114.

[1] *Hoc idem Numiſma. relatum in Excerptis, ex libb. Inſcriptionum Sebaſtiani Maccii; quæ addita ſunt ad Epiſt. Euſebii Romani (P. Mabillonii) de Cultu SS. ignotorum, pag.* 655, *editionis Tridentinæ, quæ unica mibi eſt ad manum*; antiquum *appellatur*, *&* *habet* Præficæ; *verum* Præfecæ *eſt in numo.*

[2] *Benemerēti Matri Filii Fecerūt·*

nus; in quà literæ, nigro colore inſcriptæ ſunt bracteolis argenteis, æri inſertis, quemadmodum per puncta denotatur. Quamquam monumentum hoc ab Claudii Gotthici ætate longè diſtet; ut ab Albino, & Baſilio, ibi memoratis, facili ſupputatione eruitur, poſt obſervata a Bonarroto [1].



Ex quibus omnibus illud colligi poterit, communem fuiſſe plebi Romanæ idiotiſmum, declinante Imperio, ut vocalibus permutatis, paſſim I pro E, atque E viciſſim pro I uſurparetur; ut non ſolus in eo peccaverit Severiani epitaphii Scriptor infelix: *Nam ut tranſeam*, verba ſunt Quintiliani, *lib. I, cap.* VI, *quemadmodùm vulgò imperiti loquuntur; tota ſæpe theatra, & omnem Circi turbam, exclamaſſe barbarè ſcimus*. Sæculo autem elegantiore, non niſi ruſticanorum hominum fuit uſus pronuntiandi, ſcribendive ſecundam pro tertia vocali, ut ex idoneo Ciceronis teſtimonio liquet; apud quem L. ille Craſſus [2] Sulpicium alloquens, *Meſſorum* propriam hanc pronuntiationem, non Oratorum antiquorum, appellat. *Quare Cotta noſter, cujus tu illa lata, Sulpici, nonnunquam imitaris, ut jota literam tollas, &* E *pleniſſimum dicas, non mihi Oratores antiquos, ſed* Messores *videtur imitari.*

§. XV.

Є LUNATUM QUA AETATE IN USU.


ANtequam conſiderare omitto uſum ſecundæ vocalis, adeò crebrum in Severæ Martyris epitaphio, adverto, eam ibi pingi, formâ lunatâ in arcum; ſic, Є. R. P. Eduardus de Vitry, ὁ μακαρίτης, in erudita illa Diſſertatione quà Flavii Clementis Martyris tumulum illu-

[1] *Cl. Senator Philippus Buonarroti in Obſervationibus ad tria Diptycha* (pag. 255.) *ait vidiſſe ſe lamellam ex ære, inſtar Parallelogrammi, literis argenteis inſertis, ex una parte quidem ità dicentibus*; Salvis dd. Nostris. Albinus. Fecit; *ex alia verò*, Salvis. dd. Nostris. Basilius. Reparavit. *Cui tandem uſui hæc lamella adhiberi potuerit, ibi erudite (ut ſolet) examinat. Ceterùm ea lamella diverſa eſt, ut manifeſtò patet, ab ea quam hic affero; ſicuti & illa, quam exiſtentem apud eumdem Cl. Senatorem, literis argenteis ære incluſis, ex uno latere, refert Gorius in Inſcr. ant. Etr. Tom.* I. *pag.* 222; *in qua pariter ſcriptum eſt*; Salvis dd nn Albinus Fecit. *Omnes tamen pertinere videntur ad ſæculum quintum, quo* Basilius Iunior *Conſul fuit, Anno* cccclxxx; *atq; Albinus, anno* cccclxxxii, *vel ad ſextum, quo ſub Juſtiniano, privatorum poſtremus Conſul proceſſit* Basilius, anno dxli. *Sponius, in Miſcellan. Sect.* IX. *pag.* 303. *monumentū ſimile proferens, put at pondus eſſe; atq; ad* Albinum *pertinere, qui Præfectus Urbi fuit ſub Valentiniano.*

[2] *De Oratore: lib. III. n.* 46.

illuſtravit, ait [1]; conjectari ſe, literam ∈ formâ ſemicirculari, quàm Syria primùm, mox Ægyptus atque Aſia in numis adhibuere, apud Græcos Europæos non niſi circa Domitiani tempora; apud Latinos verò non conſueviſſe vulgò ſcribi, niſi Juſtini ferè, aut Juſtiniani Imperatorum ætate; ſæculo nimirum ſexto poſt Chriſtum natum. Non diſſimilem admodum regulam ſequutus videtur Jacobus Sponius [2]; ubi ætatem indagans Decimi Secundini Proconſulis Achajæ, qui ab Inſcriptione Salonenſi memoratur, conjicit eum eſſe Secundinum illum, qui Conſul Orientalis fuit, anno DXI; ex eo quòd Inſcriptio ad ea tempora pertinere videatur; ∈ *rotundis prava orthographiá .... non obſcurè deſignantibus ſequiorem ætatem, circa ſæculum quintum.*

Hæc autem regula, ne falſa dicatur, ita intelligenda eſt, ut ante Domitianum in Græcis, ante Juſtinum in Latinis monumentis non fuerit in uſu promiſcuo character ∈; qui tamen non omninò ignotus, Græcis præſertim Syro-Macedonibus, atq; Ægyptiis, pudentiùs uſurpatus videtur; ſed tamen uſurpatus. Reperitur namque aliquando in numis Græcis Imperatorum, atq; Auguſtarum, etiam antiquorum, ac diu ante Domitianum; reperitur item in epigrammatis Græcis ſub primis Imperatoribus, reperitur demùm in latinis monumentis, etiam ante Juſtinum. Ac de numis quidem græcis res ità explorata eſt, ut ipſe P. de Vitry fateatur, *in nummis, qui Domitiani ætatem aliquot ſæculis anteceſſerunt, formam* ∈ *&* C (pro ε & σ) *nonniſi parcè ac raró, ſed interdum tamen uſurpatam eſſe*. Ut proinde non ſit neceſſe enumerari a me numos Domitiano antiquiores qui ſint ità ſcripti. Quod autem attinet ad inſcriptiones Græcas, Auguſtæo ævo proximas, unus pro multis ſufficiat triumphalis Titulus ſuperpoſitus Cruci Reparatoris noſtri; in quo, utpotè etiam græcè ſcripto, utramque literam ∈, & C lunatâ formâ pictam fuiſſe apparet, ex eo tituli fragmento, quod etiam nunc, inter pretioſiora pietatis Chriſtianæ λείψανα, Romæ ſervatur in Baſilica Seſſoriana. En [3] characteres Græcos qui ibi remanent, ordine inverſo [4] ſcriptos, Judeorum more: (*Tab.* XVIII.) in quibus tamen figuram lunatam



τῦ ἰψλυ, ἢ τῦ αἴχμα, contemplabere, prout etiam nunc, poſt tot ſæcula, in reſiduo illo titulo, ſculpti primùm, dein picti characteres durant.

Sed & hac antiquiorem Inſcriptionem notis Græcis expreſſam, ac [illegible] Romæ


[1] *Pag.* 24. *& ſeq.*

(2) *Miſcellan. Eruditæ Antiquitatis*, *Sect.* VIII. *pag.* (*mihi*) 279.

[3] *Ex Jacobo Boſio.* La Croce Triõfante; *lib. I. Cap.* XI.

(4) *Non ſolus Crucifixi* Iesu *titulus, characteribus ità inverſis ſcriptus, inter monumenta antiqua invenitur: Nam, ut prætereamus inſcriptiones Etruſcas, atq; antiquiſſimos Græcorum, ac Siculorum numos, inverſis characteribus notatos; fortaſſe monetariorum incuriá, qui Typos malè inciderant; lapis ſepulcralis Æliæ Vincentiæ, qui eſt in Muſeo P. Kircheri, quamtumvis latinè conceptus, tamen ità ſcribitur. Edidit illum Boldettus, lib. II. cap.* XVIII. *pag.* 555, *ut proinde illum hîc retuliſſe inutile videatur. Referatur tamen diligentiùs expreſſus, quàm communibus typis poſſit:*

ELIA



Imago triumphalis tituli vivificæ Crucis D·N·Iesu Christi; prout hodiè, consumptis reliquis, conspicitur Romæ in Basilicâ Sessorianâ. Ex antiquâ imagine æri insculptâ anno MDLXXXII.

Tab·XVIII Pag 150


NAZARENVS

Romæ ſculptam, cum lunatis, Є, & C, vidimus ſuprà, in Urnula Sexti Clodii, Decimi Filii, Libertini; de qua §. XI, *pag.* 89, & 90; ut proinde in ea figura literarũ græcarum tum Numi, tum Epigraphæ Domitiano vetuſtiores conveniant. Ac ſane, ſi de Sigmate loquendum, potiùs quam de Epſilo, mihi eſſet, mirarer cur ejus literæ lunatam figuram antiquiſſimam eſſe negent Philologi quidam: Quaſi vero non, apud Euripidem in Theſeo, Paſtor legendi imperitus eum characterem deſcribens, appellaſſet ΒΟΣΤΡΥΧΟΝ ΕΙΛΙΓΜΕΝΟΝ; *Cincinnum circumvolutum*; ità namque περιφράζει rulticus homo tertiam notam, qua ſcriptum erat Theſei nomen:

Τρίτον δὲ Βοστρυχός τις ὡς εἰλιγμένος;


Tertius verò (character) *cirrus aliquis veluti convolutus*:

Quæ ſanè deſcriptio non quadrat in Sigma *rectilineum*, ſivè illud ſic exprimatur, Σ; ſivè etiam ſic, Ε. Quaſi etiam non ante Domitianum, Romæ, Sigma appellatus fuiſſet a Græcæ literæ ſimilitudine; & recepto a Græcis vocabulo, lectulus ille diſcubitorius perpetuus, in hemicycli formam compactus; quem & *Stibadium* Plinius; & *ſemirotundum ſuggeſtum* appellavit Apulejus.

Major quidem circa ſecundam Latinorũ vocalem poteſt eſſe difficultas: neque enim ita frequens eſt illam ſemicirculari figura ſcriptam reperire in latinis monumentis, Juſtino, ac Juſtiniano antiquioribus. Poſſum tamen lapides aliquos laudare tum ex editis, tum verò ex ineditis, vetuſtiores quidem ætate per Sponium ſtabilitâ, ſed tamen Є lunatum habentes. Utque ab editis exordiar: Celeberrima Tabula Gaudentiæ, quæ Conſulatu Urſi, & Polemii notatur [1], certè ad ſæculum quartum ſpectat; & nihilominùs ter quater in poſtremo verſu habet Є, in hemicycli formam effictum. Videat eam qui volet in obſervationibus Boldettianis (2), vel in Animadverſis ad Vitra Antiqua Senatoris Bonarroti [3], vel demum in Supplemento Rei Diplomaticæ Cl. Mabillonii [4].

Antiquior hac videtur eſſe Inſcriptio Detercaliæ Martyris, a Boldetto eodem relata (5); utpotè quæ perſequentibus Chriſtianam Rempublicam Imperatoribus poſita, claudebat in loculo, ſimul cum Martyris corpore, vitream lagunculam ſanguine plenam, cujus ab alio cruento Vaſculo, exteriùs adhærente, indicium factum eſt: In hac tamen Detercaliæ inſcriptione indiſcriminatim pingitur vocalis ſecunda; tùm quadratâ figurâ, E; tum lunatâ, Є; ut epitaphium ipſius Martyris diligenter exſcriptum oſtendit. Itaque jam habemus hujuſmodi characteris exemplum, quod facilè ſpectat ad ſæculum a Chriſto nato tertium.

Ve-



Eam legi oportere vides:
ELIA VINCENTIA, QVE VIXIT ANNVS XVI; ET MESIS II, CVM VIRGINIUM SVVM QVE VIXIT ANNUM, DIEM MINUS.

[1] *Anno æræ communis* CCCXXXIII

(2) *Lib. I. cap.* 19. *pag.* 84.

[3] *In Præfat. pag.* XVI.

[4] *Pag.* 114.

(5) *Lib. I. cap.* XXXVII. *pag.* 182.

Vetuſtius lunati Є teſtimonium habet inſcriptio relata a Grutero[1], licet ab eo expreſſa non ſit iiſdem characteribus, quibus eſt Lapidi inſculpta. Diligentiùs eam recèns publicavit [2] æri inciſam eruditus antiquarius Franciſcus Ficoroni [3], qui lapidem ipſum, a ſe inventum in rivo aquæ Crabræ, donavit PP. Collegii Romani, aſſervandum in Muſeo Kircheriano. In Muſeo itaque illo ego lapidem vidi; & curioſè examinans obſervavi, bis verſu XVII, literam Є expreſſam forma ſemicirculari; licèt in reliquis quadrato charactere ſignata ſit:

NECЄSSITATE CORPORA CORVM &c.

Jam verò hic lapis ad ſecundum ſæculum ſpectare videtur: Nominantur enim ibi Conſules Ordinarii, Antius Pollio, & Opimianus; & Suffecti, Severus, ac Sabinianus; quos Relandus Magiſtratum geſſiſſe ſcribit, anno æræ Dionyſianæ CLV.

Incerti quidem ſæculi ſunt, ſed tamen ad ſecundum ſpectant æræ Chriſtianæ ſæculum, vel ad prima luſtra tertii, monumenta duo, apud Mont-fauconium, in Antiquitate illuſtrata (ut iſta præcipuè nominem e non paucis [4] quæ ibi obſervari poſſent) quorum alterum, Ara anaglyptica [5], habet inſcriptionem,

GЄNIO FAGNЄNЄ

LYDA;

alterum verò [6] Baſis videtur Vulcani ſtatuæ ſuppoſita, in qua ſcribitur:

VOLCANO

ЄX AЄRЄ PVBLICO

IN VIA RECTA &c.

Utrobique videbis Є lunata (7); atque animadvertes, ea ſcribi in monumentis optimi planè artificii, quantùm attinet ad ſculpturam, ac proinde antiquioribus ſæculo quarto, quo ſæculo nihil concinnum, nihil elegans prodiit ab imperitis, qui tum fuere ſculptoribus, præſertim Ethnicis; nam Chriſtianos quoſdam Sarcophagos, ſatis probè ſculptos, ea ætate referunt Auctores *Romæ Subterraneæ*.

Veniamus jam ad teſtimonia inedita inſcriptionum latinarum, habentium Є formà ſemicirculari, quas æquum ſit credere antiquiores ætate Juſtiniani, aut Secundini; licèt non omnes ferant ſecum certa atque indubitata indicia ſæculi ſui. Supra allatus lapis (8) Aurelii Sabutii, quem ad annum CCLXXIX pertinere vidimus; CVM EVM exprimere volens, expreſſit CVM CVM: Errore quidem quadratarii. Sed errore

ſatis

[1] *Theſaur. Inſcr.* DCVII. I.

[2] *In libro cui titulus*, La Bolla d' Oro *&c. pag.* 71.


[3] *Feſellit tamen viri optimi curas negligētia ſcalptoris, qui non ſēper ad amuſſim characteres exhibuit.*

(4) *Sepulcrum Fl. Eleutheri Secundiani ex gr. apud Auctorem hunc, Suppl. Ant. lib.* 2. *Tom.* 5. *pag.* 62. *habet* Є *lunata.*

(5) *Antiquité expliquée Tom. premier. Part.* 2. *pag.* 318.

(6) *Supplement a'l Antiquité &c. Tom. I. pag.* 80.

[7] *Potuiſſet his addi inſcriptio ſub Muſæ ſtatuá, de qua Bonarrotus, in Præf. ad Vitra antiqua, pag.* XXI: *ibi enim characteribus rudibus ità ſcribitur* AFRODISIENSIS



cum tamen ſtatua non rudis, neq; impolita ſit.

(8) *Vide* §. VI, *pag.* 20.

ſatis indicante, quàm frequens eſſet eo ſæculo forma illa lunata in ſecundâ vocali. Vidimus item ſuprà §. xi. *pag.* 98, titulum Liberæ Neophytæ, ſub Conſulatu Gratiani III, & Equitii; ubi barbarie ſincera, & morem ætatis indicante, ſcriptum erat, ЄQUITIO, diu ante [1] Juſtinum. Vidimus etiam Є, ad hemicycli modum exſculptum, in aliquibus titulis latinis vetuſtiſſimorum eorum Vaſculorum, de quibus §. xi. *pag.* 90. Ex his enim verò teſtimoniis, quantumvis impolitè loquentibus, habemus; diu ante ſextum æræ Chriſtianæ ſæculum, Latinis innotuiſſe characterem illum Є, quem ſcripſerunt aliquando ante æram ipſam Chriſtianam. Vaſculorum autem horum inſcriptionibus addere poſſem inſcriptiones cœmeteriales non paucas, in quibus Є promiſcuè ſculptum habetur: Verùm quia illas amotas inveni, vel a Cœmeteriis, vel a loculis ſuis, omniq; deſtitutas charactere chronologico, contentus ero duabus tantùm, tribuſue, e Cœmeterio Baſillæ, quæ licet etiam ætatem ſuam non dicant, inventæ tamen ſunt in Viis Cœmeterialibus, ſæculi mihi ſatis explorati.

In cubiculo itaque hypogæo illius Cœmeterii, picturis Chriſtianis, ac Martyrum reliquiis ditiſſimo, quod fuit detectum anno MDCCXXVI (2), Epigraphen ſcriptam eo charactere vidi, in loculo proximo Inſcriptionibus ſæculi quarti, quæ Conſulatibus Acyndini, & Proculi (3); Feliciani, & Titiani [4], notabantur. En inſcriptionem illam:

PRI·MAE·BIDVAE·DECES
SIT ANN CENTV DECESSIT
VII· IDVS DЄC IN PACЄ

Jure autem quis affirmaverit, inſcriptionem hanc, loculis Martyrum adeò vicinam, in eo cubiculo; aut ſupparis, aut etiam anterioris ætatis eſſe lapidibus Conſularibus ibidem repertis; qui tamen non diu poſt Perſecutionum tempora ibi poſiti fuere, a piis hominibus volentibus propè loculos Martyrum ſepeliri: Tamen in ultimo ejus verſu, ut vides, bis Є lunatum effingitur. En & alios, ex eodem Cœmeterio, titulos, inventos in ſemitis, quæ ſepulcris Martyrum refertæ erant: quos proinde titulos Martyribus ipſis æquales prudentiùs dixeris, quàm ævo ſubſequente poſitos: præſertim verò accedente indicio aggeſtæ telluris intra Viarum earum labyrinthos, ne penetrari poſſent. Humum enim ibi fuiſſe congeſtam Diocletianeæ Proſcriptionis temporibus, eruditè credideris cum Bonarroto: Quod ſi nolis credere, ſaltem tamen fatebere antiquas eſſe Vias eas cœmeteriales, in quibus humus depoſita eſt, ut novæ ſemitæ aperirentur excipiendis cadaveribus ſæculorum inſequentium. Jam ergo in hiſce Viis, humo liberatis, titulos hos inveni, Є lunatum habentes:

ЄMISSI·AS

VR-

[1] *Sæculo ſcilicet quarto, anno* CCCLXXIV.

[2] *Deſcribit hoc cubiculum Illuſtr. Blanchinus in Prolegomenis ad Tomum Tertium Anaſtaſii, Pag.* XXIV, XXV, *& ſeqq.*

[3] *Anno æræ* Dionyſianæ CCCXL.

(4) *Anno æræ ejuſdem* CCCXXXVII.

VRBICA PROBATA
VAENEME

DVLCIS	SIMEHELENI	[1]
QVAE VIXIT	ANNO·I·ETMENSESX	
AP	RENTES·FILIAE	
FECERV	NT INCOMPARABILE	

Ne

[1] *Non diſſimilis eſt character Epitaphii inventi a Boldetto in Cœmeterio Calepodii (lib. II. cap. 3. pag. 346.) quod hic habes:*

☩ SOCRATES
IN PACE

Huic etiam ſimilis eſt forma characterum in lapide Ethnico, qui infixus eſt parieti circumcingenti Villam Pincianam Burgheſiorum ad Salariam Veterem: ibi namque ſic efformatur B, h; H *verò ſic*, h: I *ſic* L: *Hos tamen lapides, longè recentiores Conſtantino non credam; cum eadem characterum ratio, & ductus notetur in epitaphio Gaudentiæ, de quo paulo ſupra, pag.* 151, *ubi animadverſum eſt eam Tabulam ſpectare ad annum* 338; *ad annum ſcilicet, qui conſecutus eſt obitum Conſtantini Auguſti. Quamquam nihil ſit fallacius conjectura hac ſuper characterum formá: Africani namque lapides, qui Florentiæ ſunt, ſub ſecundi ſæculi finem, vel ſub tertii initium ſculpti habent* I. *ita efformatum*, h; *vel etiam* K: *atque inſcriptiones Nauticæ Miſenenſes ſæpe exprimunt* H *ità*, h. *Vide Gorium, in Tomo primo Inſcriptionum, quæ in Etruria ſunt pag.* 7, & *pag.* 238. *Antiquiſſimũ ſanè mihi viſum hoc Epitaphium, quod exſcripſi Romæ, invẽtum in cryptis Cœmeterii Chriſtiani; quamvis chriſtianum non ſit, ſed a Fidelibus adhibitum ad loculum claudendum, alio lapide deficiente. Ibi videbis* h *dimidiatum, de quo loquebamur.*

HIC . SITI · SVNI *sic*
VERECVNDVS · MARCIANE HERMIONE
INTEGRI
C·EGGIVS hERMES · FECIT · ET SIBI
VIVOS

Obſer-

Tab XIX



Tab XIX Pag 155



Ne autem videar ſolis inniti velle chriſtianis epitaphiis, ſimpliciter, & incultè ſcriptis; en ineditam inſcriptionem ethnicam, cum Є ſemicirculari; ex ὑποπόδιῳ Statuæ bipedalis marmoreæ hominis togati; manu volumen geſtantis; quæ Statua eſt in centies laudato Muſeo P. Kircheri

[1] P. HONORЄ
ALEIO · PROCVLO · C. V · Q · K
C · VIVIVS · CONSTITVTVS

Hanc verò Statuam ut ipſe fateare ad ſecundum ſæculum pertinere, vel (ut recentiſſimam eam faciamus) non longè abeſſe ab initio ſæculi tertii, hîc diligenter deformata exhibetur. *Tab*. XIX. Niſi enim me fallit animus, ii togæ undantis ſinus, longè diverſi ab indumentis quæ ſæculo quarto in uſu fuerunt, teſtabuntur præſentem inſcriptionem verè ad ſecundum ſæculum pertinere. Neque enim dixeris, dignoſci non poſſe ab ſculptura tempus inſcriptionis: quaſi potuerit ſtatua antiquior imponi baſi recentiùs ſculptæ. Uno namque, & continente ſaxo, conſtat tum ſtatua, tum etiam baſis; ut proinde fateri oporteat utramque ejuſdem temporis opus eſſe, utramque item eſſe multò vetuſtiorem ſæculo Imperatoris Juſtini; quod, veluti epocham characteris Є, determinaverant laudati Scriptores. Fatendum tamen cum illis, non niſi paucorum fuiſſe florentibus ſæculis morem ita ſcribendi; eumque parcè uſurpatum ante ſæculum quintum; præſertim in monumentis publicis, atque a curatè ſcriptis; quod frequentiſſimè deinde adhibitum ætatibus ſequioribus, crebrò invenitur in ſemibarbaris, quæ ſuperſunt, ævi devexioris monumentis.

§. XVI.

LEVCES IN EPITAPHIO SEVERIANO NUM MULIEBRE NOMEN.

Et hæc quidem ſunt, quæ in literis, earumque figurâ, expendenda nobis proponit SEVERÆ Martyris Epitaphium. Gradus itaque faciendus eſt ad paucula quædam conſideranda, quæ in verbis aliquibus ab Epitaphio uſurpatis, digniora videri poſſunt, quæ inquirantur, ac revocentur ad trutinam. Primum vocabulum in quo Lector

V hæ-

Obſervabiſq; INTEGROS SUOS, *ideſt* non exuſtos, *defunctos iſtos*; *formulâ conſimili formulæ illi, quâ apud Gruter. in Theſ.* DCLXXXVIII. 10. *&* DCLXXXIX. 8. *dicitur* CORPUS INTEGRUM CONDITUM SARCOPHAGO. *Vide Boldetti Obſervata lib. I. cap.* XVIII.

(1) Fortè: *Clariſſimo Viro, Quratori Kalendarii*: Fortè, *Quæſtori Karthaginienſi*.

hæret, eſt illud LEVCES in quarto verſu, ubi dicitur: ΛΕΥΚΕϹ . ΦΕΛΕΙΕ-ΚΑΡΕϹϹΕΜΕ . ΠΟϹΟΥΕΤΕ; ſcilicet *hunc Titulum*. Quemadmodùm enim animadvertimus, §. VI, *pag*. 27. non apparet, utrùm ἐν τῷ LEVCES, Pater SEVERÆ denotetur, an potiùs Mater LEVCE, quæ plebejo, ſed communi per ea tempora Solæco, vel Barbariſmo, casûs patrii feminei terminationem uſurpaverit, tanquam terminationem casûs recti; aut maſculorum nominum characterem, pro charactere muliebris nominis adhibuerit. Si de Inſcriptione intelligendâ tantùm laborarem; perinde nobis eſſet, quòd ad ejus ſenſum attinet, ſivè Mater LEVCE titulum poſuiſſet, ſeu Pater LEVCES. Non tamen perinde eſt Grammaticis eam nominis declinationem aſſumere, ſivè ad marem ſignificandum, ſivè ad feminam.

Rogatione namque latâ, rectè atque ordine, nulloq; obnunciante, a Priſciano [1] Tribuno ad Plebem Grammaticorum, Lex illa Sacroſancta propoſita eſt: VELITIS, IVBEATIS, *Nomina in* ES *productum deſinentia, quæ ſunt propria, maſculina inveniri, ut Hercules, Ulyſſes, Perſes, Achilles, Verres, Chremes, Laches; excepto uno feminino, Ceres Cereris?* Quâ Lege latâ; in ſuffragium omnes Tribus Grammaticorum iverunt, juſſeruntque: VTI ROGAS. Pro Tribu quidem antiquiorum Grammaticorum, Phocas ille, integerrimus vir, primus ſcivit [2]: *In Es propria maſculini generis deſinunt*: atq; alibi [3]. *Ceres* (e femininis latinis propriis, in ES) *in genitivo, extra morem omnium, plus unâ ſyllaba profertur*. Pro tribu verò Grammaticorum medii ævi, ſcivit Flaccus Alcuinus, celebris ille Caroli Magni Imperatoris Magiſter [4]: *Nomina in ES productam deſinentia, ſi propria ſiunt, maſculina erunt*: Pro Tribubus demum recentium Grammaticorum, tum eorum, qui novam, tum etiam eorum, qui Veterem methodum ſequuntur, ſcivere rei Grammaticæ Duumviri, Gaſpar Scioppius, atque Emmanuel Alvarus; quibus cæteroqui diſcordibus, in hoc convênit, ut maribus adſcriberent propria nomina in Es, Cereris nomine excepto. Nullo itaque intercedente, factum eſt plebiſcitum, cum clauſulis; NE LEGI PER SATVRAM ABROGARETVR, AVT DEROGARETVR; additaque uncialibus literis obnunciationes diræ: QVI ALITER FAXIT, SCRIBSIT, DOCESSIT, PRONVNCIASSIT; OLLVS SACER ESTO.

Spectatâ itaque Grammaticorum auctoritate, uſuque Scriptorum latinè loquentium, dicendum eſſet; in τῷ LEVCES, Patris nomen ſignificari; atque hunc LEVCETEM fuiſſe, qui SEVERÆ FILIAE CARISSIMAE Locum paraverit, ac *Menſam* [5] poſuerit. Verùm non adeò tuta, ac veræ ſimilis videbitur conjectura hujuſmodi, ſi tempora conſideremus, quibus epitaphium eſt poſitum: Cùm in eâ ſæculi maximè tumultuoſi barbarie, atque in exoticâ gentium peregrinarum colluvie, quæ ſub Imperatoribus primùm, mox etiam ſub Tyrannis Romam confluxit, minima omnium cura fuerit propriè loqui. Quare factum; ut quemadmodùm ab aliis multis, ità & ab hac, quamtumvis ſacroſanctâ apud Grammaticos Lege, univerſa latina Plebes paulatim deſciverit. Igitur, reclamante licet Priſcia-

(1) *Priſciani Cæſarienſ. Gram. lib.* V.
(2) *In Arte; ubi de generibus nominum e Græco.*
[3] *Ibid. de Gen. & declin. nom. Lat.*
[4] *in Grammat. ubi de Generibus.*
(5) MENSAS *appellatos fuiſſe Lapides, quibus loculi claudebantur, docent antiquæ Inſcriptiones; & DuFreſnius, in Gloſſario Latinitatis,* V. Menſa.

ſciano, & Deos Superos, Inferos, ac Medioxumos obteſtante, Urbem totam, atque Imperium Romanum occupavit anomala terminatio nominum propriorum femineorum in ES, quæ interrogandi caſu creſcentia, declinarentur in ERIS; quaſi ad tertiam declinandorum claſſem ſpectarent, ac maſculini generis eſſent. Millena ejus ævi documenta, tum e Paganorum, tum etiam e Chriſtianorum lapidibus, oſtendunt, quo torrente ſuperaverit Grammaticos aggeres barbaries loquendi; quamque uſitati fuerint, eo ſæculo, vetiti ii legibus obliqui caſus, genere muliebri,

AELIANETIS, (1)	JOANNETIS,
AFRODITETIS,	IRENETIS,
AGNETIS,	ISPETIS, (2)
CHRESTETIS,	JULIANETIS,
CHRYSOGONETIS,	LICINIANETIS,
CLEMENTIANETIS,	LEOPARDETIS,
CYRIACETIS,	MARCIANETIS,
DECIMIANETIS,	MAXIMILIANETIS,
DIDIMETIS,	PROBATIANETIS,
EROTIANETIS,	PUDENTIANETIS,
EVTYCHIANETIS,	QUINTIANETIS,
FABIANETIS,	SABINIANETIS,
FELICIANETIS,	SEVERANETIS,
FILUMENETIS;	SOSANETIS,
GENTIANETIS,	SOZOMENETIS,
GLAVCETIS,	TATIANETIS,
HERAMETIS,	TRIFONIANETIS,
HERMIONETIS,	URBICETIS;

& alia, de quibus Reineſius [3]; quæ manifeſtum eſt, rectum caſum habuiſſe in ES femininum; quidquid repugnent Grammatici, quibus neq; incrementum hoc, neque anomala illa terminatio in recto probari poteſt.

Jam ergo, quis vetat nominibus hiſce, quantumvis perduellibus,

 ac-

[1] *Declinanda fuiſſent* AELIANAE, APHRODITES, AGNAE *&c. & ità declinata fuiſſe, ſed per Metaplaſmū aucta, putat Reineſius, ad Inſcript.* 114. *Claſſis* XX. *Vereor autem, ut metaplaſmo hoc ſalvari poſſint caſus obliqui omnes, quin recurratur ad novam declinationem tertiam femininam, cujus rectum in ES, obliqua verò creſcentia, in* ETIS, ETI, ETEM, ETE.

(2) *Pro* SPEI, *vel* SPENIS, *ut habent aliqui priſci lapides; vel* ISPENIS, *ut eſt in Epitaphio Puellæ, apud Donium, Claſſ.* XV. 3. *pag.* 437.

[3] *Syntagm. Inſcript. Claſſ.* XX, *ad Inſcr.* 50. *&* 228.

accenſere Leuces noſtrum; illudque, non de Patre Severæ, ſed potiùs de ejus Matre interpretari? Pertineat ſanè ad hanc claſſem illud nomen; ac intelligatur de Matre Leuce, aut Leucete; vel etiam Seleucete (ut innuimus §. vi. *pag.* 27) quæ quidem Seleuce, truncato primùm per Aphæreſin nomine, Leuce facta; mox etiam, vel per metaplaſmum, vel quácumque aliâ demùm vià, Leucetis compellatione dicta ſit. Nihil Donato, aut Priſciano, juris in nomina, quæ ſui juris effecta, liberarunt ſeſe a Grammaticorum ferulis, ſæculo illo tumultuoſo, ac tyrannico. Leuceti igitur huic, jam manumiſſæ, ne ſolitariam ſe putet, aſſociemus alia hujuſmodi nomina muliebria, item emancipata, & maſculiná terminatione inſignia; e lapidibus ineditis. Nomen Martinianetis, Puellæ Martyris, legi ad ejus loculum, nondum apertum, & vaſe vitreo ſanguineo notatum, in Cœmeterio SS. Proti, & Hiacynthi:

D VIII K OCT
CEMELLVS FILIE MAR
TINIANETI QVE
VIXIT AN IIII

Maximianetem, e Cœmeterio Cyriacæ, dat lapis inventus anno 1724. quem mecum e Schedis ſuis communicavit D. Can. Marangoni, ſæpe laudatus:



A ☧ ω
PATRI ET MATRI LEONI ET MA
sic
XIMANETI LEOPARDVS FILI
VS BENEMERENTIBVS IN XPO
sic
SANCTO FECIT PATER · DEP · VI · IDVS IAN

Vereor ne editam jam afferre quis poſſit Filumenetem hanc, quam inveni in pavimento Sanctæ Agnetis, Viâ Nomentanâ:

MAXIMVS FILVMENETI
CONIVGI FIDELISSIMAE

Fe-

FELICIANETEM legi in chriſtiano epitaphio, quod ſubdo: erat autem translatum ad Sanctæ Mariæ trans Tiberim.

HER FELICIANETI COIVGI
KARISSIME MERENTI
AVR PRIMVS MARITVS
EIVS INCONPARABILI
sic

Ibi etiam, in alio lapidis antiqui fragmento, IVLIANETEM invêni, & IRENETEM. Eccas.

VS · ARSINVS ET LVCCEIA CHRESE
E IVLIANETI FILIAE DVLCISSIME
sic
ORORI · AEIVS · IRENETI · QVE VIXI A II ME VI

Cominiam SEMNETEM legere eſt in antiquo marmore, reperto ante paucos annos, in Prædio DD. Caſali, Patritiorum Romanorum, quod extra Portam Capenam eſt, ſecùs Appiam. Nunc eſt inter marmora Muſei Kircheriani, donatum a Domino Thoma Caſalio, integerrimo atque optimo Viro:

D M VIGIʏ
SEPTIMIVS . IVBENALIS · Ϛ . COHORT · PRIM · TRALA
XI · VRBANAE · HOC · MONIMENTVM . VIRGINE
IN · FRONTE · PEDES · XII · IN · AGRO · PEDES · XVI
CVM · TERRVLA · PVRA · AB · ANTE · ET · DEXTRA
L AEVAQVE · AD · MVRVM · SICVT · TERMINVS
D EMONSTRAT · LONGVM · PEDES · LII · LATVM
PED ES · XXXV · COMINIAE · SEMNETI · COIVGI · IN
COM PARABILI · ET SEPTIMIAE · COMINIAE · FILIAE
SVA BISSIME · RAPTIS · CVM · FAVSTO · SOCERO · COM
PARAVER VNT · DE · CORNELIA · CHARITINE · ET · SIBI
ET LIBER TIS · LIBERTABVSQ · POSTERISQVE · SVIS

Hic

Hic ſanè obſervet, qui volet DEOS · MANES · VIGILVM [1], & COHORTES TRALATICIAS, & MONVMENTVM VIRGINE, & TERRVLAM PVRAM. Mihi illa feminini nominis inflexio nunc obſervanda tantùm eſt, ut habeat LEVCES epitaphii Severiani SEMNETEM ſociam; utque hoc etiam exemplo comprobetur res, cæteroqui obvia, ſi ejus ætatis monumenta conſiderentur.

Quâ ætate, alia item legio ſubſidiaria femineorum nominum, a Grammaticorum caſtris deſciſcens, vix tandem intra Latinorum limites retineri ſe permiſit; illecta congiario quodam, quod vel *Metaplaſmum* appelles, vel *Epentheſin*, vel *Epectaſin* (2), vel *Paragogen*, vel quocumq; demum grammatico nomine, mihi curam non creas. Largitio illa fuit, quâ muliebria nomina, ſeu veriùs cognomina, productiora evaſerunt. Erant ea magnam partem ex Græcis oriunda; & felicibus Sermoni Romano ſæculis in Civitatem adſcita, municipale Græcæ terminationis jus retinuerant: cum repente (*Tantùm ævi longinqua valet mutare vetuſtas!*) aucta ſupra conditionem peregrinam, civilemque, & ſyllabâ unâ longiora prodire cœperunt: ut jam non TYCHEN audires, aut TYCHAM; neque CALEN, & AGAPEN; ſed TYCHENEM, & CALENEM, & AGAPENEM. Jam verò; ſicuti plerumque uſuvenire videmus in mulieribus, ut omnes eo indumenti genere uti velint, quo aliam ornatam conſpexerint; ſic is, quantumvis peregrinus, femineorum nominum ornatus, qui uſurpari cœpit, comptus, incomptus, ità omnibus placuit, ut Urbem totam repentinò, ac totum Imperium, plenum audires nominibus iis femininis coturnatis, & ſyrma illud ſyllabicum poſt ſe trahentibus. Loquuntur etiam nunc ejus ævi lapides,

ADTICENEM,	GAMICENEM,
AFRODISIENEM,	GENESINEM,
AFRODITENEM,	GRAMENEM,
AGAPENEM,	HELICENEM,
ATHEODOTENEM,	HEBENENEM,
AUTODICENEM,	HERODITENEM,
BLASTENEM,	HEURENEM,
CALENEM,	JONICENEM,
CALLISTENEM,	ISCOLASTICENEM,
CALLITYCHENEM,	ISPENEM,
CHARITENEM,	LALAGENEM,
CHRESTENEM,	LYDENEM,
EPICTESINEM,	MARCIANENEM,
EVAGRENEM,	MELITINENEM, MY-

[1] *Fortaſſe autem nihil horum eſt in Epitaphio; in quo oblitus Quadratarius vocis* VIGILUM, *quæ apponenda fuerat poſt nomen* COHORTIS PRIMÆ, *illam ſuperpoſuit eo loco, ubi ſcribi debuit* S; *nempè* SACRUM. *Quod verò ſequitur* TRALA. *ſignificabit;* SEPTIMIUM *hunc* IUVENALEM, 5, *hoc eſt,* CENTURIONEM COHORTIS PRIMÆ VIGILUM; TRALATICIUM *eſſe, ſivè* TRANSLATUM, *a Coborte* XI. URBANA, *cui erat adſcriptus.*

[2] Καταλίκτασιν *aucta docet Reineſ. Inſcr.* 116. *Claſſ.* XI.

MYRINENEM,
NAPENEM,
NARCISANEM,
NICENEM,
NICIDIENEM,
PHILETENEM,
PISTENEM,
PRIMENEM,
PROCOPENEM,
PYTHANENEM,
ROMENEM,
SAGATENEM,
SECUNDENEM,
SEPTIMENEM,
SISINICENEM,
SPENEM,
TREPTENEM,
TROPHIMENEM,
TYCHENEM,
VITALINEM,
ZOSIMENEM,

ϰ ἄλλα μύρια, quæ ſingillatim perſequi longum, & inutile ſit. Demus tamen & hic, exempla aliquot paucula ex inſcriptionibus ineditis. Nicene, e ſeculo Trajani Hadriani, eſt in lapide utrinque ſcripto, quem vidi in Muſeo P. Kircheri:

DIS O M
P. AELIUS. PRIMVS · AVG · LIB
AELIAE · NICENI
CONTVBERNALI · PIENTISSIMÆ
ET · FRATRI · PROTO · FECIT
O

D ❧ M.
VIBIVS . VRBICVS
FECIT.SIBI.ET.VLPIAE
EVNOEAE · CONIVGI
SVAE·ET·FILIIS·SVIS
ET.LIBERTIS.LIBERTA
BVSQVE.POSTERISQVE
EORVM

Cal-

Callitychenen dat lapis, in Vinea proxima Aedi S. Cæſarii ad Appiam:

DIS MANIBVS
HERMES
CALLITYCHEN r
CONIVGI SVAE
BENEMERENTI
FECIT
ET SIBI

Accipe, & Afroditenem, e ſaxo cœmeteriali; quod eſt in ſedili ruſtico Villæ ſuburbanæ PP. Collegii Romani, ad Cœmeterium Baſillæ; ex quo facilè prodiit:

MARCIANVS
MACI AFRODITENI
COI BN QVE
MEC ANN XVIII

Erastenem hanc, e Muſeo P. Kircheri, puto ineditam: a Bonanne tem editam non video:

D. M
L· POMPEIVS · ERATVS · POMPEIAE
ERASTENI · FILIAE · PIENTISSIME
QVAE · VIXIT . ANNIS · IIII . DIEBS *sic* · II
ET · CLAVDIAE · PRIVATAE
MATRI . EIVS · BENEMERENTI
ET · SIBI · ET . LIBERTIS . LIBERTA
BVSQVAE *sic* . POSTERISQVE
EORVM
H· M· H· N· S

Hoc Monumentum Hæredes Non ſequitur.

Hi-

Habeo & PROCOPENEM ex antiquo lapide, qui fuit penes D. Ficoroni :

D M

CELA DIANI

HEVRESI. ET

PROCOPENI

FILIABVS · ET

sic

AELIO · CAELADO

COIVGI · B · M

FECIT · AELIA

HEVRESIS

Marmor pro limine Januæ, in Officinâ Sculptoris Equitis Ruſconi, Romæ (ubi dicitur in Pincio *a Capo alle Caſe*) PHILETENEM habebat. Ibi etiam obſervabis τὸ POSIVIT, ſimile Catulliano illi; *Quam Mater propè Deliam depoſivit Olivam*.

(1) D M. BVS

MANLIAE

PHILETENI

M. MANLIVS

DORYPHORVS

CONIVGI SVAE

CARISSIMAE

POSIVIT

BENEMERENTI

[1] Scilicet: DIS MANIBUS.

Zosimenem lege in hoc lapide, quem exſcripſi in Villa Comitum d'Oddi, propè Peruſium:

D M S
ZOSIMEN
MATER FILIÆ
PIENTISSIME
FECIT · QVE · VIX
ANN. XXIII ME
SIB · III · DIE XV

Demum, ne plura perſequar, id veluti certum habetor; ità fuiſſe reſdeque habita a Trajani temporibus, ſed præſertim poſt Gordianos, quæcumque ad Latinam linguam pertinent; ut operam ludat quicumque velit Varronianis, aut Flaccianis inſtitutis [1] examinare locutiones inſcriptionum; quæ ſequiore ſæculo ſcripta, ex uſu barbaro eorum temporum, non ex Grammaticorum placitis debent intelligi.

§. XVII.

OBSERVANDA AD CLAUSULAM

ΕΔ. ΕΙCΠΕΙΡΕΙΤΩ. CΑΝΚΤΩ. ΤΟΥΟ.

Leuces itaque illa, quæ CEBHPE ΦΗΛΕΙΕ ΚΑΡΕCCΕΜΕ epitaphium ΠΟCΟΥΕΤΕ, addit per Apoſtrophen, fortè ad Martyrem Filiam, ET ISPIRITO SANCTO TVO; ità enim legere oportet verba quarti verſûs in epitaphio. In hac autem clauſula duo ſunt, quæ animadverſionem requirant: Alterum quidem, intellectu facile, eſt barbariuſculum illud ISPIRITO, ubi Latinè dicendum fuiſſet, *Spiritui*; alterùm verò, paulò magis reconditum, eſt ſenſus ipſe totius clauſulæ, quæ neque cohærere ſatis videtur cum reliquis, neque chriſtianæ religionis dogmatis admodùm eſſe conſentanea. Numquid enim loculo indigere, aut epitaphio creditur apud Chriſtianos Spiritus humanus, corpore liber; ut & ISPIRITO SANCTO poni debeat monumentum? Opinati enim licèt fuerint rudiores quidam e Paganis (2), animas eorum, qui *Fuerunt*, ſepul-

[1] *M. Terentius Varro, & Verrius Flaccus, Grammatici celebres, dum Lingua latina floreret.*

[2] *Videtur tamen & ipſe divinus Plato hoc in Phedone tradidiſſe, ſaltem de animabus Sceleſtorum:* ψυχὴ περὶ τὰ μνήματά τε, καὶ τοὺς τάφους κυλινδουμένη.... Εἰκὸς μέν τοι, καὶ οὔτι γε τὰ τῶν ἀγαθῶν ταύτας εἶναι, ἀλλὰ τὰς τῶν φαύλων, αἳ περὶ τὰ τοιαῦτα ἀναγκάζονται πλανᾶσθαι δίκην τίνουσαι τῆς προτέρας τροφῆς κα-

pulcrum incolere, atque oſſa ſua ſæpe inviſere; quare lapis ille ſepulcralis Juliæ Heureſis (in Hortis Ludoviſiis Romæ) defunctam alloquens ait, NVNC SVPER OSSVA CINERESQVE TVOS BENEDICTA QVIESCIS; Vulgarem tamen hanc opinionem Ethnici ipſi eruditiores, nedum Chriſtiani, riſu dignam putabant:

Vix equidem credo: buſtis exiſſe feruntur;
Et tacitè quæſti tempore noctis Avi [1].

Unde ergo in chriſtiano epitaphio formula; *Leuces Severæ Filiæ cariſſimæ poſuit, & Spiritui Sancto tuo?* aut quis inde ſenſus pius, religioſus, aut prudens poteſt exſculpi?

Præmittenda mihi, antequam reſpondeo, pauca ſunt: Ac primò quidem ſciendum, inter appellativa affectuum, quibus uſi ſunt Chriſtiani (2) in Cœmeteriorum lapidibus, hanc haberi frequentem valdè, ac proinde conſuetam formulam; ut ſanguine conjuncti appellentur ἐρωτικῶς, ANIMÆ DVLCES, ANIMÆ MELLITÆ (3), ANIMÆ INNOCAS, vel INNOCENTES; SPIRITVS MERENTES, SPIRITVS SANCTI &c. Lapis ineditus in Muſeo Kircheriano, totus in his blanditiis; nomen deinde tacet Filii, ve Conjugis ſepulti; niſi fortè is dictus fuerit EVTYCHES, Εὐτύχης:

EVTICIS ANIMA
DVLCIS ANIMA
ANNORVM
XXIII MESESNVVI D
IES XVI

Omiſit pariter pueri vel puellæ ſepultæ nomen, quicumque fuerit auctor inſcriptionis græcæ, apud Boldettum [4]; contentus NECTAREAM ANIMVLAM appellaſſe eum, quem inter Martyrum ſepulcra tumulabat: Sic enim credo legi poſſe eam epigraphen, ſatis barbarè ſcriptam. O · ΘΕΟC · O · ΚΑΘΗΜΕΝΟC · ΕΙC · ΔΕΞΙΑΝ · ΤΟΥ · ΠΑΤΡΟC · ΕΙC · ΤΟΠΟΝ · ΑΓΙΩΝ · COY ·

κακῆς ἕνεκ. Anima, circa monumenta, & ſepulcra verſatur ... Conſentaneum quidem eſt, has non Bonorum, (*animas*) eſſe, ſed Malorum; quæ circa hæc oberrare coguntur, pœnas dantes vitæ improbè actæ.

[1] *Ovid.* 2. *Faſtor. verſ.* 551.

[2] *Videatur Fabrettus. Inſcr. Cap.* VIII. *pag.* 576.

[3] *Fragmentum antiqui Crateris chryſtallini, facilè Chriſtianum, erutum anno* 1732. *in Vinea Collegii Anglorum Romæ, ità habebat literis aureis*

MELITA
DVLCIS
ANIMA

(4) *Oſſervazioni lib. I. cap.* XIV. *pag.* 58.

NEKTAPEON · ΨΥΧΑΡΙΟΝ · ΙΡΑΝΙ (1) Niſi fortè τὸ NEKTAPEOV, quod eſt in lapide, nomen Pueri ſit, qui appellatus fuerit NECTARIVS, ut Cl. Boldetto placet; potiùs quam epitheton, ut ego ſuſpicabar. Quicumq; tamen illius NEKTAPEOV ſit ſenſus; ſæpè in Chriſtianis inſcriptionibus reperi, conſanguineos & conjunctos, SPIRITVS dici.

SPIRITO · SANCTO · INNOCENTI · QVI · VIXIT · AN · PLus Minùs II; habes apud Reineſium [2]. VICTORIAE · CASTISSIME. (*sic*) FEMINE · CHRESIVS · FILIVS · MERENTI · SPIRITO; invenies apud Boldettum [3], in lapide eruto ex Cœmeterio Calepodii. VICTORINO · POSVERVM · (*sic*) PARETIS · (*sic*) BENEMERENTI · FILIO...... INNOCENTISSIMO · SPIRITO: Idem [4], ex Cœmeterio Cyriacæ. Ex Cœmeterio eodem [5], FELICITATI. INNOCENTISSIME (*sic*)....MERENTI. SPIRITO · ALEXANDER · AVVS.

Pariter: (*sic*) HISPIRITO · SANcto. MARCIANETI, legere eſt inter Epigrammata chriſtiana, quæ refert idem Cl. Scriptor [6] a ſe inventa in Cœmeterio Cyriacæ. GEMELLINVS. VICTORIE · (*sic*) CONIVGI · BENEMERENTI · ISSPIRITO · (*sic*) SANCTO. IN. PACE; inventum in Cœmeterio B. Helenæ, eſt apud Fabrettum [7]: Ubi etiam citatur lapis ex eodem Cœmeterio translatus in Muſeum Carpineum: (*sic*) BICTORI · DIGNO · ISPIRITO · COIVX. FECIT ·

Profecta eſt autem phraſis illa, ac modus loquendi, ex Eccleſiæ diſciplinâ [8]. In Scripturis namque; præſertim verò in novis Paginis, nihil frequentius eſt, quam nomen SPIRITVS; uſurpatum συνεκδοχικῶς, ἢ μεταληπτικῶς, ad ſignificandum modò aliquam ex naturalibus Animæ facultatibus, modò ſingulos Fideles; in quibus inhabitat SPIRITVS ille PARACLETVS, qui per Antonomaſiam eſt SPIRITVS SANCTVS. Pro *Voluntate hominis* accipitur nomen SPIRITVS, in eo Apoſtoli loco [9], SI OREM LINGVA SPIRITVS MEVS ORAT; MENS AVTEM MEA SINE FRVCTV EST · De Voluntate enim hic Vocem SPIRITVS intelligunt Sà, Cornelius a Lapide, alii. Pro *Homine* verò *Fideli* ſæpè invenitur. REFECERVNT SPIRITVM MEVM: ideſt, *Me refocillaverunt*, ait Apoſtolus idem [10]; & de Tito loquens [11] REFECTVS EST SPIRITVS EIVS AB OMNIBVS VOBIS. Clariſſimè verò idem, Fideles Galatas ſalutans ait [12]. GRATIA DOMINI NOSTRI CVM SPIRITV VESTRO FRATRES. Quam Apoſtoli phraſim ac ſalutationem Viri

---

(1) Deus, qui ſedet ad dexteram Patris, in loco Sanctorum, tuam NECTARIAM ANIMULAM deſcripſit.

(2) *Syntagm. Inſcr. Cl.* XX. 193.

[3] *Oſſervaz. lib. II. cap.* V. *pag.* 392.

(4) *Ibid. pag.* 281.

[5] *Ib. cap.* IV. *pag.* 369.

[6] *Ibid. cap.* VII. *pag.* 419.

(7) *Inſcr. Dom. cap.* VIII. *pag.* 571.

[8] *Inde enim potiſſimum Fideles hauſiſſe decet loquendi modum. Cæterùm, etiam Paganis placuit* SPIRITUS *appellare homines ſibi ſanguine junctos: Rurſus, illi etiam aliquando barbarum illud* SPIRITO *uſurpaverunt. Peti teſtimonia poſſunt ex antiquis lapidibus*: SPIRITU... INCOMPARABILI FLICIAE MINNAE, *habet lapis Gruterianus* CCCCXXIV. 5. SPIRITO INCOMPARABILI TERTINIAE, *eſt in antiquo epitaphio, quod refertur a Ciampino*, de Sacris Ædificiis, *pag.* 136. SIC ILLI REDDAT DEUS ET SPIRITUS TUUS; *leges in epitaphio Diſcordiæ, apud Gruterum*, MLI. II. *Neque in ſaxis tãtùm uſurpatum invenies hunc loquendi modum. Vellejus Paterculus*, Hiſtor. lib. *II. loquens de Auguſto moriente, quem Tiberius inviſit, ait*: Subrefectus primo conſpectu, alloquioque cariſſimi ſibi Spiritûs.


[9] 1. *Corinth.* 14. 14.

[10] 1. *Corinth.* 16. 18.

[11] 2. *Cor.* 2. 13.

(12) *Ad Gal.* 6. 18.

Viri Apoſtolici Barnabas, & Ignatius, imitati ſunt in Epiſtolis ſuis. Barnabas quidem ſuam ita Epiſtolam concludit. Ὁ κύριος τῆς δόξης, ϗ πάσης χάριτος, μετὰ τοῦ ΠΝΕΥΜΑΤΟΣ ὑμῶν (1). Ignatius verò ille Θεοφόρος, in ſecunda ad Trallianos Epiſtola. ἀσπάζεται (ait) ὑμᾶς τὸ ἐμὸν ΠΝΕΥΜΑ [2]. Quare non immeritò idonei aliqui Interpretes intelligunt id, quod habetur in Joannis Apocalypſi [3] ET SPIRITVS ET SPONSA DICVNT VENI, de Fidelibus, quos ducit DEI SPIRITVS, qui ſimul cum Sponsa Eccleſiâ dicunt Chriſto Sponſo, VENI. Certe myſticus loquendi modus, ſimul cum Evangelio, apud omnes gentes diffuſus eſt; unde orta Liturgica illa reſponſio Eccleſiæ ad Sacerdotem, dum Plebi pacem precatur: ET CVM SPIRITV TVO. Quæ quidem reſponſio in omnibus fermè Liturgiis invenitur, Latinis, Græcis, Syris, Copticis &c: quod de Latinâ & Græcâ Eccleſiâ notiſſimum, obſervari etiam poterit in iis Orientalium, & Auſtralium Eccleſiarum Liturgiis, quas Latinitate donavit Euſebius Renaudotius. Inde eſt igitur (ut opinor) illa, non minùs amica [4] quam religioſa in Epitaphio Severiano apoſtrophe: ΕΔΕΙCΠΕΙΡΕΙΤΩ CΑΝΚΤΩ ΤΟΥΩ.



(5)

Quod autem tàm parùm latinè dictum ſit ΕΙCΠΕΙΡΕΙΤΩ; ſicut & in allatis aliis eorum ſæculorum inſcriptionibus, ISPIRITO & SPIRITO; idiotiſmus eſt barbarus ſæculentæ locutionis, quam tunc univerſa plebs Romana, declinante Imperio, uſurpabat: Cujus quidem barbariei, quandoquidem exemplum aliud invenio in ſchedis meis, deſumptum ex lapide Chriſtiano, quem exſcripſi Romæ apud Puellas Men-

[1] Dominus Gloriæ, & omnis Gratiæ, cum Spiritu veſtro.
[2] Salutat vos Spiritus meus.
[3] *Apocalyp.* 22. 17.
[4] *Pulcherrima eſt in hanc rem pia illa acclamatio, in ſepulcrali breviſſimo titulo Cœmeteriali, quem refert Boldettus pag.* 418:
GENSANE · PAX · ISPIRTO · (*sic*) TVO
[4] Legendum, INSCRIBI · VI · QVIS QVIS · &c.
Notanda in hac Inſcriptione diverſa configuratio literæ S: modò enim pingitur Y, *modò* Γ, *modò* I, *modò autem* 5, *aliquando etiam* S.

Ob-

Mendicantes hic puto referendum; præſertim cum ineditum dici poſſit: unam enim tantùm hujus Lapidis partem vidit, ac retulit Illuſtriſſimus Fabrettus [1].

In quo Epitaphio, aptiſſimo ad confirmandum Dogma de Oratione pro Mortuis, quod tantopere exſibilant, tanquam inventum nuperum, Calviniani, ac Lutherani Theologi (ne extra chorum ſaltare videar, & a Grammaticis ad Polemica digredi) ſolùm animadverto uſum barbarum vocabuli SPIRITO: ex quo arguas non eſſe propriam, ac peculiarem Severiani Epitaphii anomaliam, illud ΕΙϹΠΝΕΙΡΕΙΤΩ: omnia enim fermè illius ætatis monumenta, impolitam atque incultam hanc terminationem non horrent.

Quod ſi nefas nobis non ſit, *obſcuris ſolá ſub nocte per umbras*, grammatici hujuſmodi oſtenti originem inveſtigare; crediderim, vergentibus illis in ſenticoſam barbariem ſæculis, vulgus Romanum non quartæ declinationi adſcripſiſſe nomen SPIRITVS, ex antiquorum præſcripto (quartam enim illam declinationem uſus plebejus Urbe ferme eliminaverat, ut §. XIX. obſervabimus) ſed potiùs declinationi ſecundæ acceſuiſſe; ac mutato etiam genere feciſſe neutrum; ità ut SPIRITUM, vel ISPIRITUM, diceretur in recto. Inde obliqua ſingulari numero, SPIRITI, SPIRITO; quæ aucta per Prothesin, ISPIRITI evadebant, & ISPIRITO. Inde etiam informes, & horrendi illi caſus nomine multitudinis, SPIRITA, SPIRITORUM, SPIRITIS: quæ monſtra cùm aures Grammaticæ audiunt, exquiritur ad luſtrationem; quaſi in ſomniis ominoſis κατ' εἰδώλων ἐμπτώσεις,

——quæ luſtret anus lectumque locumque;
Præferat, & tremulá ſulfur, & ova manu; [2]

ac, veluti ad oſtenta, ac monſtra procuranda, inclamatur,

Concurrite omnes augures, haruſpices:
Portentum inuſitatum conflatum eſt recens.

Monſtroſi tamen hujus abusûs ſæculo tertio indicium ità certum eſt, ut locus dubitationi nullus ſuperſit: Clarè enim illum loquuntur antiqui aliquot Chriſtianorum lapides; qui utpotè ſimpliciùs conſcripti, ſinceriùs exprimunt plebejos ætatis illius idiotiſmos. Nam in Calliſti Cœmeterio ad loculum Victoriæ, & Zotici ità acclamatum invênit Boldettus [3]: SPIRITA VESTRA DEVS REFRIGERET. Hic verò lapis a me creditur ad ſæculum tertium ſpectare, quantumvis nullum habeat characterem propriè chronologicum. Similem namque admodùm invênit Boldettus idem epigraphen [4] in Cœmeterio Sancti Urbani, quod Calliſtiano conterminum eſt. In eâ verò habetur formula fermè eadem, barbarie ſimili expreſſa; CONIVGA INNOCENTISSIMA. ... REFRIGERA CVM SPIRITA SANCTA [5]: Notatur autem lapis Conſulatu Tiberiani ſecundùm

Obſervat aliqua in hanc rem Cl. Senator Bonarrotus in ſuis Collectaneis ad Vitra Antiqua, Præfationis pag. XIX.

[1] *Inſcr. Dom. cap.* VIII. 110.

(2) *Ovid. de A. A. lib.2. verſ.* 239.

[3] *Oſſerv. lib. II. cap.7. pag.* 417.

(4) *Ibid. lib. I. cap.* 19. *pag.* 87.

[5] REFRIGERA CVM SPIRITA SANCTA, *poſitum pro* REFRIGERERIS CVM SPIRITVS SANCTOS: *neq; enim exquirere oportet legitimum illud,* CVM SPIRITIBVS SANCTIS, *eo tempore quo,* CVM QVEM *dicebatur, &* CVM EVM; *ut ſupra obſervatum* §. VI. *pag.* 30.

Quibus CVM QVEM, *addi debent, ad meliùs penitiùsque dignoſcendum loquẽdi eo ſæculo morem, hæ etiam phraſes;* CVM QVAM BENE VIXI: *Fabrett. cap. I.* LIX. 31. CVM DELICIVM SVVM; *Id: cap. I.* 248. 44.

CVM

dium, & Dionis: qui proceſsère, anno æræ Dionyſianæ ccxci: quare poſſim jure lapidem utrumque ſæculo eidem tertio attribuere.


Ad eandem *jam barbarizantis Vulgi conſuetudinem*, ut cum Reineſio (1) loquar, ſpectat πρόθεσις illa, ſeu præpoſitio literæ I Voci SPIRITO; unde ΕΙϹΠΕΙΡΕΙΤΩ ſuum efformavit Epitaphiographus Severianus, & ſua illa, ISPIRITO, vel ISPIRTO, aut etiam HISPIRITO, extulere lapides alii antiqui, quos laudavimus *pag.* 166. I namque, *vocabulis ab* SP, SC, ST, *vel duplice alia incipientibus*, *præponere ſæculis pariter ſequioribus conſuevère*, ait idem Reineſius; & exemplis, ut ſolet, ex eruditionis ſuæ penu petitis confirmat. Quibus exemplis alia addit Cl. Senator Buonaroti, in ſuis Oſſervatis ad Vitra Antiqua [2], Imaginem illuſtrans Proto-Martyris Stephani, cujus nomen ità ſculptum ab Artifice in Vitro eſt; ISTEFANVS. Ex eodem barbaræ προθέσεως fonte ſunt illa, ISTETIT APud Nos, penes Boldettum [3]: ISTERCORIA, & ISCRIBONIVS, in titulis ab eodem relatis (4): ac ominoſum illud ISTAFANIVS, e Cœmeterio Cyriacæ, apud eundem [5]: neq; minùs portentoſum ISCOLATICENE, e Cœmeterio Lucinæ [6]: Adde ISCALAM [7] e Fabretti Inſcriptionibus; ISPETEM (8) e Donianis, & ISPETEM (9) e Reineſianis, ad

CVM VIRGINIVM SVVM: *Boldett. lib, II, cap* XIII, *pag.* 491.
CVM CONIVGEM SVAM IRENETEM: *Id. lib. I. cap.* XIV. *pag.* 53.
CVM FILIVM SVVM VRSVM; *Id. lib. II, cap.* V, *pag.* 389.
CVM MARITVM: *Id. lib. II, cap.* VI, *pag.* 411.
CVM COMPAREM SVVM: *Id. lib. II, cap.* XIX, *pag.* 582.
CVM FILIAS SVAS DVAS: *In epitaphio Julianæ ſupra allato*, §. XIV. *pag.* 145.
CVM BIRGINIAS: *Fabrett. cap.* IV. 141. *pag.* 271.
CVM BERGINIVM SVM: *Id. cap.* IV. 139. 271.
Poſt quæ, non mirabere dictum, CVM SPIRITVS SANCTOS, *vel* CVM SPIRITA SANCTA; *phraſi quidem barbariuſculâ, ſed tamen piâ, & chriſtianâ; a qua non longè abeunt formulæ illæ, de quibus laudatus Boldettus*, lib. I. cap. XV. pag. 58. & lib. II. cap. VII, pag. 420. CVIVS ANIMA CVM SANCTOS. DIGNA INTER SANCTOS. ΜΕΤΑ ΔΙΚΑΙΩΝ Η ΨΥΧΗ ΑΥΤΟΥ ΜΕΤΑ ΤΩΝ ΑΓΙΩΝ. ΕΙΣ. ΤΟΠΟΝ ΑΓΙΩΝ. *Ubi (ut & hoc ἐν παρόδῳ, timidè quamvis, obſervem) dico; celeberrimam formulã*, CVM SPIRITA SANCTA ACCEPTVM EVMTE ABEATIS INNOCINEM, *quæ eſt in Leopardi Epitaphio, ex Cœmeterio Caſtuli* (apud Fabr. Inſcr. cap. VIII. LXI. pag. 574.) *quæque a Cl. Mabillonio, in ſuo Itinerario Italico*, Manifeſtus de Confirmatione locus *eſt credita*; *Fabretto verò ipſi viſa eſt*, Manifeſtus potiùs de Baptiſmo locus; *neq; de Baptiſmo, neque de Confirmatione videri* manifeſtò *loqui. Quis enim vetet*, τὰ CVM SPIRITA SANCTA, *de Eccleſia, ac Cœtu Sanctorum potiùs intelligere, quam de* SPIRITV τῷ ΠΑΡΑΚΛΗΤΩι? *Ex dictis namq; ſenſus opportuniſſimus illius Epitaphii eſt*, LEOPARDVM. IN. PACEM. (*in Pace*) CVM SPIRITA SANCTA (Spiritus Sanctos, *Spiritibus Sanctis*) ACCEPTVM. EVMTE (*eumdem*) ABEATIS INNOCINEM (*habeatis Innocentem*) *Niſi autem mihi ſtultè blandior, puto futurũ fuiſſe, ut & VV. CC. ità explicarent, ſi laudatos Boldettianos lapides, tunc nondum refoſſos, videre potuiſſent.*

[1] *Syntagm. Inſcr. Claſſ.* XX. 328.
[2] *Oſſ. alla Tav.* XVII. *Fig.* 1. *p.* 112.
[3] *Oſſ. ſu' Cimiterj lib. II. cap.* VI. *pag.* 407.
[4] *Lib. eod. c.* XIII, *p.* 490, & 492.
[5] *Lib. I. cap.* XIV. 54.
(6) *Id. lib. II. cap.* V. *pag.* 389.
(7) *Inſc. Dom. c.* VIII. XXVI. *p.* 556.
[8] *Inſcr. ant. Claſſ.* XV. 3. *pag.* 437.
[9] *Synt. Inſc. Claſ.* XX. 328. *p.* 973.

ad Feminam notandam, cui SPEI nomen eſſet; ISTABILIONEM [1] e Boldettianis; atque alia μύρια. Non unus enim, vel alter, apud Veteres Quadratarius ita ISCRIPSIT [2]; cum frequens ſit in priſcis lapidibus obſervare morem Artificum, qui ſic ISCRIPSERVNT [3].

Neq; ſolis verbis a duplici conſonante incipientibus, literam I aliquando præfixere ſæculis deterioribus; verùm etiam Vocabulis aliis. Sic, in lapide inedito Muſei Kircheriani, legi Mulierem IMARITATAM. Inventus fuerat lapis in S. Saturnini Cœmeterio; anno MDCCXXII; dignusque mihi viſus, quem diligenter expreſſum hîc exhiberem, imitata characterum forma, & cacographiâ.



Et hæc quidem in ipſo cortice Verbi ISPIRITO ſiſtentibus conſideranda veniunt; quæ, ut diximus, neque difficilia ſunt, neque longè petenda. Id modo examinandum eſt; quo pacto cum ſenſibus aliis, expreſſis in epitaphio, cohæreat repentina illa, ac inexpectata prorſus apoſtrophe. Quem enim, non dico latinum, ſed humanum ſenſum faciunt hæ clauſulæ: LEVCE FILIÆ SEVERÆ MEMORIAM POSVIT ET SPIRITVI SANCTO TVO? Duo ſunt autem, quæ ad nodum hunc enodandum mihi modo ſuccurrunt; quæque non inutilia arbitror, donec potiora detegantur. Aliud quidem eſt, converti ibi a Matre LEVCETE ſermonem ad Martyra ipſam SEVERAM, quam CARISSIMAM tenerâ appellatione dixerat; eamque SPIRITVS SANCTI nomine nuncupari, tum propter Vitæ Innocentiam, morumque ſimplicitatem, tum verò etiam propter conſummatum ſtrenuè Martyrium. Erit igitur ſenſus: LEVCES FILIÆ SEVERÆ CARISSIMÆ POSVIT: TIBI, *inquam*, *ego Mater poſui*, *o* SPIRITVS *innocens*, *ac* SANCTE, *qui benè meruiſti reddi tibi*, *qualemcumque demum*, *honorem hunc*. Is autem qui, imperitâ LEVCE dictante, voluit hæc omnia intra Lapidis anguſtias exſcribere, neque fuit admodùm de nexu & methodo loquendi ſollicitus: neq; ſolerter ſelegit quæ omitteret, quæve ſcriberet.

Danda in his aliqua ſunt ſæculi ignorantiæ, Mulierum imperitiæ, exter-

[1] *Off. lib. II. cap.* VIII. 431.
[2] *Fab. Inſcr. pag.* 113. *c. II.* 282.
(3) *Bold. Off lib. II. cap.* VI. *p.* 469.

externorum peregrinitati. Danda quædam amori materno. Amantes autem, pariter ac Pueros, trunco atque imperfecto ſermone uti ſolere, prudenter notavit Servius [1]; & e Servio Bonarrotus (2). Dandum aliquid ejus gaudio, propter relatam a Filia Martyre adeò inſignem Victoriam. Quotus autem quiſq; in gaudio ingenti tam eſt ſui compos, ut ad normam exactiſſimam ſenſa animi, & voces dimetiatur? Dandum denique aliquid Matris trepidationi, ob perſequentium furorem nondum ſatiatum, aliquid dolori ob raptam morte cruentâ Filiam, aliquid ſollicitudini, aliquid ſpei: *Foris pugnæ, intus timores* (3). In hoc affectuum tumultuantium motu, mirum profectò non eſt, ſi non tam benè cohærere videantur Inſcriptionis clauſulæ, lapidi commendatæ [4]; quarum vim ut quis intelligat, ſejungere eas non oportet ab adjunctis loci, temporis, ac perſonæ, quæ Epitaphium poſuit.

Cohærent etiam ſatis, ſi conſideretur mos eorum temporum, quibus conſuevêre epitaphia ſæpè concludi, converſa ad ipſum Defunctum Oratione. Frequens hoc eſt in Ethnicorum ſepulcralibus eclogiis [5], quæ allocutione ad ipſum Defunctum habitâ ſæpè abſolvuntur; ut inter formulas ſolennes ſepulcrorum tranſierit illud VALE (6); cui fingitur ſe-

Y pultus

(1) *Ad primum Æneid. num. 70.*

(2) *Oſſerv. su' Vetri pag ....*

(3) *Secunda ad Corinth. 7. 5.*

(4) *Neq; ſolius Epitaphii Severiani eſt hæc* ἀσύστατα, *quam crebrò legere eſt in Epitaphiis, præſertim Chriſtianorum: Quid enim (ut hæc exemplum unum afferamus ex Boldetto,* Obſerv. lib. II. cap. VII, pag. 419.) *cohærens minùs, quàm titulus ille in Cyriacæ Cæmeterio:* ANIMA. DVLCIS. INCOMPARABILI. FILIO. QVI. VIXIT. ANNIS, XVII. NON. MERITVS. VITA. REDDII. IN. PACE. DOMINI? *Orditur ab affectu, quo defunctum Filium alloquitur,* ANIMA. DVLCIS; *neq; tamen reminiſcitur* Animam *ità* Dulcem *proprio nomine compellare; eo neglectu, quem obſervabamus ſupra,* pag. 105. *& ſeq. Sequitur inconnexa narratio de meritis, atque ætate Filii:* INCOMPARABILI. FILIO QVI VIXIT ANNIS XVII. *Quid hoc ad illud ſuperiùs* ANIMA DVLCIS? *Quid tandem ſit* FILIO *huic* INCOMPARABILI? *Uter ex Parētibus illum alloquitur? Uterque ne, an alteruter? Nihil ex his. Sed neq; hîc nobis narratur, quo nomine appellaretur Filius tam dulcis. Additur* NON MERITVS; *phraſi etiam ab Ethnicis uſitatâ: Apud Fabrettum,* cap. III, Inſcr. 626, AEL FELICIANVS AELIAE ROMANAE FILIAE PATER NON MERENTI FECIT. *Videtur itaque idem ſignificare ac* ANTE DIEM. RAPTVS *Similem habet vim ea phraſis in ſepulcro Cyrii Infantis, apud Gorium;* Inſcr. Etrur. Tom: I, pag. 63: FECIT NICE MATER. PIENTISSIMO NON MERENTI *Hinc patet ſenſus hujus phraſeos, etiam in alio lapide Chriſtiano, apud Boldettum,* lib. II. cap. V. pag, 380.) INNOCENTISSIME. ANIME. NON. MERENTI. PETRONIE. *Subaudiamus igitur* διὰ τὴν ἔλλειψιν, NON *fuiſſe* MERITVM *tam præcocem mortem. Pergit lapis:* VITA REDDIT; *ſcilicet* VITAM. REDDIDIT IN PACE DOMINI *Appoſuiſſet ſaltem quo die, quove anno Vita tam pretioſa reddita fuerit. Sed in ſaxo de his ne* γρῦ *quidem. Hujuſmodi autem Epitaphia, in quibus formulæ appoſitæ ſunt, veluti lapides ſinè calce, multa invenies, apud Ethnicos, & apud Chriſtianos.*

(5) *Videatur Sponius in Miſcellan. Eruditæ Antiquit.* Sect. X. 331, *& ſequent; ac Fabrettus, Inſcr. cap. III. pag. 222.*

[6] *Titulus Ethnicus, quem vidi, apud D. Franciſcum Ficoroni, hâc ſalutatione contentus, nihil aliud habebat.*

ΓΑ-

pultus reſpondere ET TV. Hinc eſt etiam, quòd tam ſæpè claudantur Epitaphia Ethnicorum apprecatione illâ vulgari, SIT. TIBI. TERRA. LEVIS. Neque diverſus fuit Chriſtianorum uſus, quibus pietas, & religio major in formulis, ad ſuos poſtremùm conſalutandos, quos compoſuiſſent. Poterit hoc facilè obſervari in iis Inſcriptionibus, quas edidere Collectores monumentorum Cœmeterialium. Ego pauculas afferam, hac apoſtrophe notabiles, ex iis quas nondum editas credo:

(1)

ΛΥΡ ❦ ΑΝΤΙΟΧΕΙΗ
CΩΦΡΟΝΙ ❦ ΧΑΙΡΕ
CΥΜΒΙΩ ❦ ΓΛΥΚΥΤΑΤΗ
ΑΥΡΗΛΙΟC ❦ ΕΥΜΕΝΙΑΝΟC ❦
ΕΡΩCΟ

Eam

ΓΛΥΚΩΝ
ΧΑΙΡΕ

Scilicet. GLYCON VALE; *quemadmodùm in Muſeo Strozziorum, ad Montem Hugonis, propè Florentiam, ſalutatur in titulo Hermes ſepultus. Adi Gorium, Inſ. Etrur. Tom. I. pag.* 418. *Monent me verò opportune ſolennia iſta* ΧΑΙΡΕ, *ut & aliud Græcum Epitaphium afferam, ſimili ſalutatione concluſum, quod eſt hic, in Muſeo Collegii Panormitani Societatis Jeſu, ſub Toreumate Navis, quam duo Juvenes nudi, ac mæſti, ſedentes in litore, mox aſcenſuri videntur. Eſt autem facilè Navis illa Stygii Portitoris, qui*

— ratem conto ſubigit, velisq; miniſtrat,
Et ferrugineâ ſubvectat corpora cymbâ,
Jam ſenior.

Subſcriptum autem eſt

ΚΙΣΣΟΣ ΚΑΙ ΤΡΥΦΩΝ ΟΙ ΞΙΚΑΔΙΟΥ
ΤΑΛΑΙΠΩΡΟΙ ΚΑΙ ΑΩΡΟΙ ΧΡΗΣΤΩ
ΧΑΙΡΕΤΕ

Habet hoc Epitaphium (*inter* Antiquas Tabulas Siciliæ &c. num. 256,) *Georgius Gualtherius. Verùm, ex lapide trito ſatis, non fuit a Viro doctiſſimo tam exactè ſcriptum quàm ingenioſè ſuppletum; quod collatione patebit. Verterem,* Ciſſus & Tryphon, Xicadii filii Infelices & Neglecti: Boni Valete.

[1] *Inveni Epitaphium hoc inter Cœmeterialia, quare Chriſtianis annumero. Cæterùm nihil habet, unde Chriſtianum credi poſſit. Explicandum eſt:*

Aureliæ Antiochiæ
Prudenti. Ave.
Conjugi dulciſſimæ.
Aurelius Eumenianus.
Vale.

Ubi Catullianum illud libet agnoſcere, 102.

Atque in perpetuum Frater Ave. atque Vale.

Eam vidi, & exſcripſi ad Sanctæ Mariæ trans Tiberim; quò ſimul cum multis Tabulis Cœmeterialibus allata fuerat, juſſu D. Canonici Marci Antonii Boldetti, ad inſignis illius Baſilicæ ornatum. Ibi etiam hanc, quæ ſequitur, vidi; in quà malè expreſſam illam affectuum pugnam, de qua loquebamur, obſervare poteris:

(1)

DEPOSSO · EIVS · VI · KAL·
IANVAR · FLORENTINVS·
QVI · ODVIT. DOLENS · ANIMO·
. FECIT · PAX · TECV

Quotieſcumque hoc ego Epitaphium lego, audire mihi Evangelicam illam Magdalenam videor, quæ Olitorem tum primùm apparentem alloquens, nullo ante nominato, ait, *Domine, ſi tu ſuſtuliſti eum.* Eodem plane modo loquitur hæc inſcriptio, incipiens DEPOSSO [1] EIVS. De quo, rogo, ſer-

[1] *Uſum abnormis hujus vocis neſcit Ill. Fabrettus (cap.* VIII. *pag.* 573.) *tribuat ne Idiotiſmo, an compendio literarum.* Ut primùm credam *ait*, facit ſæculi inſcientia. *Multis deinde exemplis illiteratum hunc uſum confirmat; quibus addi poteſt Inſcriptio hæc, recèns educta e Cœmeterio S. Urbani.*

AVXENTI DEPOSSO
IDVS ❦ FEB
BENEMERENTI COIVGI

Ex Cœmeterio eodem eductam fuiſſe arbitror, & eam, quæ ſequitur: Vidi namque illam in Vinea, ei Cœmeterio proximâ. Habet DEPOSTIONEM:

DEPOSTIO FLENI 3 PRID 5 IDS 5 MARTIAS
QVIBIXIT ANNIS ❦ XXXII

Cui DEPOSTIONI *ſimilis eſt hæc* REQVISIO, *pro* REQVIETIO; *e Lapide item Cœmeteriali, quem exſcripſi, ad S. Mariæ trans Tiberim:*

SCAEVIVS · CÊRVINVS · FECIT
SIBI DOMV REQVISIONE

ſermo ibi eſt? Neque nomen exprimitur, neq; ætas, neq; ſexus, neq; conſanguinitas: contemus eſt lapis (cæteroqui non diffractus) ſi dicat DEPOSSO, hoc eſt DEPOSITIO EIVS, qui ſcilicet clauditur in hoc loculo, fuit VI. KAL. IANVAR. Qui tumulum ponit FLORENTINVS ſe appellat QVI ODVIT [1]; qui ſcilicet CONTRAVOTVM, vel CONTRA MENTEM (ut lapides alii tum ethnici, tum chriſtiani clariùs loquuntur) extremum hoc officium ſuperſtes perſolvit. Id oſtendunt Voces quæ ſequuntur, DOLENS ANIMO FECIT. Concluditur inſcriptio, converſâ ad Defunctum, ſivè ad Defunctam, Oratione apprecatoria, PAX TECV; eliſâ, ut ſepiſſimè ſolent antiqui lapides, ultimâ M (2). Ea verò formula frequens apud Chriſtianos fuit, atq; eſt etiamnum in Eccleſiaſticis officiis.

Eam, quæ ſequitur, Inſcriptionem vidi in prælonga Tabula marmorea, in Cœmeterio Sancti Hermetis, ubi ſepulcrum Martyris claudebat; indicante Martyrium quæ, de more, ad loculi caput adhærebat, phialâ vitreâ ſanguine tinctâ: Habebat verò lapis in parte averſa, epitaphium Alcinoorum duorum, & Alexandri, quod retuli §. XII, pag. 103,

FLORENTIO CARISSIMO
FLORENTIA ET APRIO
PARENTES FECERVNT
FLORENTI DVLCIS

In eodem Cœmeterio hanc exſcripſi, amotam a loculo, quem clauſerat:

sic
EVFROSINO
FILIO CARISSIMO
sic
VIXI M IIII TE IN PACE

Cujus Inſcriptionis poſtrema Verba, ſatis frequentia in Chriſtianis antiquiſſimorum Cœmeteriorum Inſcriptionibus (3), Liturgica procul dubio

[1] *Vir doctus, cui hæc videnda commiſi, dubitabat, eum, cujus* DEPOSSO *facta eſt* VI KAL. IANVAR, *eſſe* FLORENTINUM. *Explicabat autem duos ultimos verſus ſic:* QVI ODVIT *ſcil,* Catechumenus QVI FLORENTINUM. AVDIVIT. DOLENS ANIMO. FECIT. *Certè* CATECHVMENI, *& erant, & dicebantur* AVDIENIES; *Tertulliano teſte*: de Pœnit. cap. VI. *Non appoſuit autem Catechumenus hic nomen ſuum, quia nondum Chriſtianum nomen in* Lava*cro receperat; noluitq; profano nomine ſacrum monumentum inceſtare. Ingenioſam profectò interpretationem, quam confirmare poſſis antiquo lapide; apud Gorium, Inſcr. Etrur. Tom. I. pag.* 288.

(2) *Recole obſervata* §. XIII *pag.* 112,

[3] *Vide Inſcr. Domeſt. Fabretti, capite* VIII. *pag.* 570. 571.

bio ſunt, &, ad arcani diſciplinam ſervandam, ſinè reliquis appoſit... Iis autem Defuncto precabantur, ut eum IN PACE ſuſciperet Chriſtus; quemadmodum in emortualibus precibus Romana conſuevit canere Eccleſia: SVSCIPIAT TE CHRISTVS, QVI VOCAVIT TE. Clariùs hoc exprimit Gaudentiæ Titulus, apud Fabrettum, *ibid.* GAVDENTIA SVSCIPIATVR IN PACE, & ſuprà allata [1] Luciferæ inſcriptio. Cæterùm formulam decurtatam legi in alio Lapide Cœmeterii ejuſdem.

APRO · TE · IN · PACE

In quo pariter verboſam invêni epigraphen, loculo adhærentem, a marito Uxori poſitam, quam in Epitaphii fine repentè alloquebatur. Illam ego inſcriptionem hîc refero, cum iiſdem planè mendis, quæ ſunt in lapide, niſi quòd dividere neceſſe habebo verſus, appoſitis obelis, qui interruptam ſeriem oſtendant; cum præ paginæ anguſtia pingi per extenſum non poſſint.

sic
SEM · EVNOMIVS COCCIAE RVFINE COIVG I B M CVM QVE VIXI P M
sic
=ANN XXI INCOMIARABILISQVEIVS TANTA ANIMOSITAS
AD VTILITATEM COMMVNEM TRAENDA IVG V M Q V O D D E C E=
sic
=BAT FEMINA INQVOD TANTA PRECEM · ABOLIM. EXHORTVS SVA
sic
VNVM EX VTERE EIVS SIMIMILEM QVE sic TENE=
=RE MIHI VALE IN PACE



Inſcriptio hæc longo indigeret commentario, ſeu veriùs Divinatione, ut aliqua ibi poſſent intelligi: nec tamen digna eſt quæ tanto opere explicetur. SBM, in prima linea, SEMPRONIVM facilè indicat; facilè etiam SEMNVM [2]. Ter ſaltem mihi illud SEM occurrit, dum hujus Cœmeterii cuniculos perveſtigarem: Occurrit etiam non contractis notis, ſed expreſſis, in Epitaphio Cominiæ SEMNES, quam SEMNETEM dicebat lapis

[1] *Pag.* 167.

(2) *Ità explicavit eaſdem literas Ill. Blanchinus, in Præf. ad III. Tom. Anaſtaſii, pag.* XXIV. *Habes præterea* IGNATIUM SEMNUM, *in Fabrett. cap.* IX, *inſcr.* 226.

piſ ſuprà allatus, §. XVI. *pag.* 159. Ultimum illud monogramma  [1], videtur legi poſſe, LOCVS REQVIETIS; vel fortaſſe meliùs LOCVS RVFINE. Reliqua, obſcura quidem, ſed etiam inepta ſunt: Verùm in illis ipſis verboſis ineptiis morem vides, quem indicabam, convertendi ad ſepultam Uxorem, ſermonem qui eâtenus de illa narraverat.

In hoc quod ſequitur lapidis cœmeterialis fragmento, quod eſt apud Jeſuitas, Romæ in Muſeo P. Kircheri, non ſepulta Puella ſolùm, ſed & ejus Virginitas, per Apoſtrophen enunciatur, & IN PACE, ſimul cum Defuncta Puella, recepta eſſe dicitur:

QVE VIXIT ANN XVI
MENSIBVS SEPTEM
DIES XVIIII TE IN PAC
E CVM VIRGINTATE
TVA *sic*


Addatur & hoc Fragmentum tabulæ Cœmeterialis, quod in Cœmeterio S. Hermetis exſcripſit Can. Marangoni:


RENTI ACATHONICO
XIT ANN XXXXVIII · MENS · V
II TE IN PACE FRATER MINOR
FECIT

Ele-


---

[1] *Hujuſmodi monogrammata non rarò ſepulcris appoſita, ut pro ſigno eſſent poſteris ad loculum dignoſcendum, non ſemper facilia intellectu ſunt. Explica ſis monogrammata hæc, anno* 1732. *inventa in duabus Tabulis, e Cœmeterio Sancti Urbani.*





Vide de his monogrammatis Ill. Fabrettum, lib. VIII. *pag.* 584.



Elegantiſſimè autem adhibetur hæc Apoſtrophe in breviſſimo titulo Judaico [1], duabus linguis conſcripto, qui eſt in operculo diſtracto Sarcophagi marmorei, reperti ſecùs Viam Appiam, ſecundo ab Urbe Lapide, annis ab hinc duobus; quod operculum nunc in Muſeo eodem aſſervatur:

Characteres illi Barbari in Lapide poſt Palmæ ramum, Hebræi ſunt, non illi quidem a perita manu ſculpti; ſed quales ſcribi ſolebant ab hominibus, qui religione, non autem genere, Judæi eſſent; cujuſmodi erant Proſelyti Hel-

[1] *Judaïcam ut credam hanc inſcriptionem, potiùs quàm Chriſtianam, faciunt non ſolùm characteres Hebræi, ſed & tria illa Symbola; Cornu, Candelabri, & Palmæ, in Monumentis Judæorū frequenter expreſſa. Et candelabrum quidem, quod ferè ſemper ſepulcris ſuis appinxere Judæi, quemadmodum Boſius, ac Fabrettus obſervarunt, aliquando etiam in Chriſtianorum loculorum tabulis invenitur. Palma autem, proprium Judææ symbolum, ſæpè tamen in mortualibus Chriſtianorum lapidibus, aliquando etiam in Ethnicorum Epitaphiis ſculpta eſt. Cornu verò illud* ἐλαιόφορον, *tum ad Pontifices, tum verò etiam ad Reges ungendos, nonniſi in Monumentis Judaicis reperiri ſcio. Tria verò hæc symbola conjuncta in antiquarum paterarum ex Vitro fragmentis, Cl. Senatori Bonarroto perſuaſerunt, Judaïcos fuiſſe calices illos vitreos, hujuſmodi Emblematis illuſtratos. Cæterùm, ſi quis putet, Cornu illud potuiſſe a Chriſtianis effingi ad ſignificandum* ΧΡΙΣΤΟΝ, *ſivè* VNCTUM *Domini, non pugnabo, ut Synagogæ aſſeram lapidem, quem ſibi vindicare velit Eccleſia: Præſertim, cum in ipſo operculo expreſſæ ſint illæ larvæ, a quibus tolerandis maximè abhorruiſſet ſuperſtitio Judaïca. Cujuſvis tandem religionis hæc inſcriptio ſit, legi debet:*

HIC DORMIT FAVSTINA.

PAX

Scilicet, ILLI; *vel* TIBI *ſit. Faciiè autem hæc Inſcriptio non diſtabit ab ætate Antoninorum.*

Helleniſtæ, & Romani, ad quos FAVSTINA hæc ſpectaſſe videtur. Appellabant, appellantque Judæi, externum hoc, & peregrinum ſcribendi genus, *Sapharaì*; quemadmodùm Hebraicè ſcientibus notiſſimum eſt. Debuiſſent verò a Quadratario notæ accuratiùs inſculpi; ſic, שלום. Tunc enim verò manifeſtum eſſet, eas legi oportere, SCIALOM, ideſt PAX; ſubaudi, TIBI. Quà Pacis apprecatione, e ſacris paginis deſumpta, proſequi conſuevére Defunctos ſuos Judæi; ut ad Inſcriptiones Judaicas ab ſe relatas obſervat Fabrettus, nec ſemel [1]. Fuit enim apud Judæos uſitatiſſima [2] formula illa DORMITIONIS IN PACE, ΚΟΙΜΗΣΙΩΣ ΕΝ ΕΙΡΗΝΗ, e Sacris libris deſumpta [3]; eamque expreſsè præſerunt Ritus Judæorum in tumulandis Defunctis, quos latinos fecit Gilbertus Genebrardus. Apparet hoc & in ſequenti inſcriptione, quam excepi Romæ, e marmore, apud Marchionem Capponi, ſæpè laudatum; quamque hic adjungendam puto, tanquam πάρεργον eruditis placiturum; quibus jam quartum damnati populi monumentum in hac Diſſertatione appono.

[4] ЄΝΘΑΔЄΧЄΙΤΑΙΠΑΝ

ΧΑΡΙΟСΠΑΤЄΡСΥΝΑ

[5] ΓωΓΗСЄΛΑΙΑСЄΤω

ΝЄΚΑΤωΝΔЄΚΑΦΙΛΟ

ΛΑΟСΦΙΛЄΝΤΟΛΟС

ΚΑΛωСΒΙωСΑСΗΝЄΙΡ

ΗΝΗ Η ΚΟΙΜΗСΙС

ΑΥΤΟΥ

Sed, ut ad ea, quæ mihi præcipuè obſervanda erant, revertar; vides in allatis exemplis, morem ſatis frequentem fuiſſe, ut qui tabulam ſepulcralem ponebat, in Epitaphio ipſo ſermonem converteret ad Defunctum; cui uſui inhærens LEVCES, dum SEVERÆ FILIÆ CARISSIMAE titulum POSVIT, eam inopinatò alloquitur, dicens, ET· ISPIRITO · SANCTO· TVO.

Alterum verò quod mihi ſuccurrebat, ut ne incohærenter loqui vide-

(1) *Inſcr. Dom. cap.* V. XXXXIV, *&* *Cap.* VI. 101.

(2) *Severanus*, *Romæ Subterran. lib. II. cap. 22. pag.* 191: Il principio degli Epitaffj (*in Cœmeterio Judaïco extra Portam Portuenſem*) quaſi ſempre era il medeſimo, in tal guiſa; ΕΝΘΑΔΕ ΚΙΤΕ ΕΝ ΕΙΡΗΝΗ &c.

De hac verò Pacis annunciatione videatur Dilherr. Farrag. rit. Sacror. & Sæcular. *in* Faſciculo *Crenii*: *Tom* VIII. ad hiſtor. & Philolog. ſacr. *cap.* 25. *pag.* 187.

(3) IN PACE, *in idipſum*, DORMIAM, *&* REQVIESCAM. *Pſalm.* IV. ΕΝ ΕΙΡΗΝΗ, ἐπὶ τὸ αὐτὸ, ΚΟΙΜΗΘΗΣΟΜΑΙ, καὶ ὑπνώσω.

[4] *Hic* DORMIT *Pancharius. Pater Synagogæ Eleenſis: Annorum Centum, & decem, Amans populi, & Præceptorum. Qui pulchrè vixit: In* PACE REQVIETIO *ejus.*

(5) Ἔλαια *Stephano eſt Vrbs Phœniciæ, inter Tyrum, & Sidonem.*


deretur Epitaphiographus, illud erat; non ſolam SEVERAM Martyra depoſitam fuiſſe a Leucete; ſed & aliquem, prope illam, ejus Filiolum teneræ ætatis, quem ultatâ (ut vidimus) phraſi, SPIRITVM SANCTVM appellaverit. Suſpiciones meas circa Heroidos hujus Matrimonium ſuprà expoſui, §. VI. *pag.* 28; eaſque non imprudentes fuiſſe, neque omninò contemnendas puto. Si autem, ex ibi diſputatis, nuptam facimus Severam; facilè erit deinde eam Matrem credere, & Infantem filium, prope eam a Leucete compoſitum, non inficiari. Utrùm vero reapſe, circa SEVERÆ loculum, puerile aliquod ſceleton depoſitum fuerit, quo poſſit conjectura iſta fulciri, αὐτόπτης ipſe obſervare non potui; neque enim tunc ad Cœmeterium acceſſi, cùm humo amotâ SEVERAE loculus inventus eſt. Sed neque ſtandum duxi iis, quæ Foſſores, iners genus hominum, interrogati narrarunt, ſcilicet cadaver ſe puerile, non procul a Severæ ſepulcro, detexiſſe. Sane non inauditum eſt in Cœmeteriis, enunciari a lapidibus Defunctos, præſertim conſanguineos, licet non ſemper eodem loculo contentos, ſed in ſepulcris proximis depoſitos. Id verò ſi in SEVERAE epitaphio factum diceremus; putaremuſque, unà cum Matre, aut prope illam, Filiolum aliquem Puerum compoſitum a Leucete; jam planum eſſet, apoſtropheam illam, ED ISPIRITO SANCTO TVO, ad SEVERÆ Filiolum, propè eam depoſitum, referri oportere. Quæ quidem, utpote in partem utramque diſputabilia, dicta ſunto, non ut effata docentis, ſed ut conjectationes dubitantis; quas ideò tantùm appoſui, ne tacitus tranſilire viderer repentinam eam Epitaphii converſionem; de qua, quemadmodùm & de multis aliis antiquorum moribus, formuliſque loquendi, conjicere multa poſſumus, certa autem proferre non poſſumus.

§. XVIII.

DIVINATIO DE CHARACTERIBUS IN EPITAPHIO DELETIS.

ET hactenus quidem conjectorem egi: nunc verò hariolum agam oportet. Divinandum eſt enim, quid in characteribus iis ſcriptum fuerit, quos extritos videmus in verſu, qui ſubſequitur teneram, chriſtianamque formulam, ED ISPIRITO SANCTO TVO. Has autem harioli partes ut declinarem, neq; labori peperci, neque diligentiæ; cùm Romæ inſcriptionem ipſam autographon, ſemel iterumque conſulerem. Erat mecum ſæpè laudatus D. Canonicus Marangoni, vir gnarus, & rerum hujuſmodi ſcientiſſimus; qui etiam induſtriè, ac ſolerter adlaboravit, ſi fortè amiſſarum Notarum veſtigium aliquod rimaremur. Neq; tamen licuit ab inexorabili ſaxo omnia exſculpere. Profuit tantummodò guttulis minutiſſimis, quæque minio literarum manentium non officerent, leviter ſuperficiem irrorare: Sic enim quæ erant reſiduæ, quantumvis evaneſcentes, minii particulæ apparuerunt; ac certò certiùs deprehendimus primi characteris ductum eſſe hunc, M. Poſt eum, ſpatium duarum, aut ad ſummum, trium literarum, vix umbram retinet characteris ullius. Tum clariſſimè legitur TVA. Suſpicabar proinde ibi legendum, MORTVA, & conjecturæ favebat enunciata in vocibus ſequentibus ætas, quam Severa vixiſſet. Neque aberat conjectura deſumpta ab aliis epitaphiis Chriſtianis; in quibus omiſſa DEPOSITIONIS, & OBITUS communiori phraſi, Mors, ſuo nomine, *Mors* appellatur.

Ita namque eſt in Epitaphio Statiliæ Alexandræ Virginis, qnod referunt CC. VV. Bonarrotus (1), & Boldettus [2]. Dicitur enim ibi VIRGO MORTUA .... TUSCO . ET . ANULINO . CONS. Ita pariter in Epitaphiopuellæ Gemellinæ, apud Boldettum [3], in quo dicitur, VIII. K. MAR. MOR . GEMELLINV. Ità in titulo Reſtitutæ, apud eundem (4), qui concluditur, MORT. IIII, NON. OCT. Ità etiam, apud eumdem [5], in epitaphio Sabbatii Pueri, qui eſt MORI. KAL. JANU. Ita alibi ſæpè. IN PAGE MORENTI, inſcriptum eſt lapidi Pueri Jovii [6]. MORITUR . NON . FEB, leges in lapide Ceſonii Viventii apud Fabrettum [7]. Ut non ſemper expectanda ſit ab lapidibus Chriſtianis ſolennis illa formula emortualis, DEPOSITIONIS, vel DORMITIONIS; quam fruſtra requires in eo quod ſequitur Epitaphio, nuper eruto e Cæmeterio Sancti Urbani:



Putabam itaque, etiam in Epitaphio Severæ ſcriptam eſſe potuiſſe vocem MORTUA, quam characteres fugientes indicarent:

Cum opportunè monuit D. Marangoni, lapidem humentem, non figuram τοῦ O, neq; τοῦ ω, ſed potiùs τοῦ A, ruditer elaboratam referre, ſic, A. Ità quidem etiam mihi ter quaterque lapidem conſideranti, ſub diverſo lucis aſpectu, eſt viſum. Certè tamen, id apparuit liquidò; ſecundam literam non eſſe O. Quæ verò poſt hanc ſequitur litera, vix ullius characteris umbram, vel poſt madorem aſperſionis, retinebat. Solùm ante literas TOVA, haſtula quædam apparuit; quaſi ſcriptum eſſet ПOTA. In re adeò incertâ, conſultò nolui notas poſt primam ſequentes æri incidere; contentus ſi eæ exprimerentur, quæ maximè patebant, reliquarũ verò locus indicaretur. Cæterùm, ſi vere eſt A ſecundo loco in hac voce, quemadmodum veroſimile videtur, non alium magis commodum ſenſum faciunt illæ literæ, quàm ſi legantur MARTVRA, vel MARTORA, vel MARTVA,

[1] *Oſſervaz. ſopra i vetri; Prefaz. p.* XVIII.
[2] *Oſſervaz. ſopra i Cimiterj p.* 82.
[3] *Ibid. lib. II. cap.* IV. *pag.* 375.
[4] *Ibid. pag.* 317. [5]
[6] *Ibid. lib. II. cap.* VIII. *p.* 432.
[7] *Inſcr. Dom. cap.* VIII. 48 *p.* 554

TUA, quod corruptè poſitum ſit pro MARTYR, Archaiſmo non admodùm alieno ab Latinorum antiquorum pronuntiatione & ſcriptura [1]. Ità quidem ejus ætatis lapides loqui conſuevère. ZIΓNUM (ideſt Signum) LOCI. QVINTINI. ET. MARTURIÆ, refertur a Bonarroto [2], & a Boldetto [3]. MAR. TVRES· SIMPLICIVS. ET. FAVSTINUS: inſculptum erat arcæ Marmoreæ in Baſilica Liberiana, teſte Severano [4]. Quo eodem teſte [5], Lapis ex Cœmeterio Cyriacæ, habuit SANCTO MARTVRI · LAURENTIO · Sicuti apud Boldettum [6] lapis alius, ex eodem Cœmeterio, habet MARTURE FELICITATI. Titulus ante duos annos eductus e Cœmeterio SS. Proceſſi, & Martiniani [7] etiam γραμματικωτέρως [8] ſcriptum habet, MARTURORU:

PECORI DVLCIS ANIMA BENIT IN CIMITERO VII IDVS IVL · D · P POSTERA DIE
MARTVRORV

Et nomen quidem ΜΑΡΤΥΡΟΣ, pro nomine ΜΑΡΤΥΣ, non ità anomalum, aut barbarum eſſe, ut eliminari oporteat a lingua Græcorum, obſervavit Joannes Grammaticus in Technicis, qui illud Æolici moris eſſe docet: ait namque (quemadmodùm in Gloſſario, V. ΜΑΡΤΥΡΟΣ, ſcribit eruditiſſimus Du Freſnius) Æoles, τὰς γενικὰς εἰς εὐθείας μετάγειν; ſcilicet, *Genitivos* Caſus *in rectos transferre*; affertque exemplum in hoc nomine, de quo loquimur,, ΜΑΡΤΥΡΟΣ κλίνουσι τοῦ ΜΑΡΤΥΡΟΥ: ideſt, ΜΑΡΤΥΡΟΣ, Genitivum a ΜΑΡΤΥΡ, , Nominativum factum, *declinant*, ei tribuendo Genitivum; τοῦ ΜΑΡΤΥΡΟΥ. Quo verbo æolico uſus (pergit du-Freſne) ut alios omittam, S. Baſilius in Epiſtola ad Chilonem; τοῖς μαρτύροις τοῦ Χριστοῦ.

Jam vero, ſemel poſito Recto maſculino ΜΑΡΤΥΡΟΣ, quæ Lex vetat inde deduci femininum ΜΑΡΤΥΡΑ? Nulla planè: ut proinde non ſit inter barbara numerandum, quod in barbaro cæteroqui Felicitatis epitaphio (de quo nuper diximus) MARTVRE ſcriptum fuerat, in dandi caſu. Adhibebant ſanè, tertio, atque inſequentibus ſæculis, tum MARTVRA, tum etiam MARTYRA, in recto muliebris generis [9], tam pro nomine proprio, quàm pro ſtrenuitatis titulo (10) En illud in lapide chriſtiano, qui eſt in Parthenone Puellarum Mendicantium, Romæ, ad ruinas Templi Pacis:

Z 2 MAR-

[1] *De qua vide Ill. Fabrett. Inſcr. pag.* 175.
[2] *Præfat. ad Vitra*
[3] *Oſſerv. lib. II. cap.* VIII. *p.* 429.
(4) *Roma Sotterranea lib. II. cap.* XVIII. *pag.* 170.
(5) *Ibid. lib. III. cap.* XLI. 394.
[6] *Lib.* 2. *cap.* VIII. *pag.* 431.
[7] *Adhæſit autem loculo, qui Vaſculo vitreo cruento ſignabatur.*
(8) *Hæreo, utrùm legere oporteat illud* MARTVRORV *poſt Verbum* CIMITERO; *an potiùs poſt illa,* De-Poſitus POSTERA DIE. *Utrobique opportunè ſitū.*
(9) *Quâ ratione etiam* TURTURA *invenies, in titulo ſepulcrali, apud Boldett. lib. II. cap.* XVIII, *pag.* 544.
(10) *Quam in partem uſurpatum ſit nomen* MARTYR

[1] MARTVRA QVI VIXIT

ANNISOCTOETMENSIS

[2] ꝗIIIXλ C SEI

SEPTEBENEMERINTI

IN PAC ☧

Habeo præterea, multas mihi Cluſio, inſcriptiones, ſæculi poſt natum Chriſtum octavi; poſitas nimirum tempore Regis Liutprandi: eæ autem videntur eſſe e Templo, dicto a Sancta Muſtiola, Matrona ac Martyre; quæ ibi non ſemel MARTYRA CHRISTI appellatur. Utinam, qui eas tranſcripſit pius Presbyter, peritior fuiſſet in arte epigraphica; & perfectè imitatus eſſet, tum characterum barbarizantium figuram, tum verſuum diſtinctiones. Non erit tamen, ut arbitror, ingratum curioſis; ſi eas hic retulerim, quales apud me ſunt. Edidit quidem illas Ughellius (3); & ex Ughellio P. Joannes Baptiſta Sollerius [4]: Utrobique tamen parùm diligenter expreſſæ prodiere. Exactiùs fortaſſe illas dabit Cl. Gorius, in ſecundo Tomo Inſcriptionum antiquarum, quæ reperiuntur in Etruria. Interim tamen, eas a me quales quales [5] Lector accipiat. ✠ XPE

TYR *in hoc Chriſtiano titulo, qui erutus eſt*, *anno* MDCCXVIII, *e Cœmeterio Priſcillæ ad Pontem Salarium, non facilè dixeris*:



Fortè namque homini appoſitus fuerit cui nomen MARTYRIO: *fortè autem etiam militi alicui ſtrenuo, qui prælium Domini præliatus fue-*

fuerit, cujus tamen nomen Chriſtiani ſepelientes ignoraverint.

[1] QVI VIXIT, *facilè ſcriptum fuerit pro*, QVE VIXIT: *ſicut infra* MENSIS, & BENEMERINTI, *pro* MENSES, BENEMERENTI.

(2) ꝗIII Xλ C SEI SEPTE, *Tautologia eſt, ut reor, quadratarii ſcribere neſcientis* NONO KAL. SEPTEMBRIS.

(3) *In Italia Sacra, ubi de Epiſcop. Cluſinis, Tom. III.*

(4) *In Actis SS. Tom. primo Julii, pag. 639. Comment. prævio ad Acta S. Muſtiolæ.*

[5] *Prima ex his Inſcriptio, paucis immutatis, aliquibus additis, in alio lapide Templi ejuſdem reperitur; ubi non ſunt inſculptæ in margine Notæ*, CLUSIO DICIT.

XPE, FABE, BOTIS, GREGORIO, ETAVSTRE CONDEDOCIS.

QVOD, MVSTHIOLE, OBTVLERVNT, MARTIRE, XIT.

HOC, TEGMEN, CIBVRII, SVBLATA, BETVSTAS.

QVE MELIORE CVLTV, NOVILIORE, REDIT

CEDAT. NOVITATI, DIRVT ANTIQVTAS LIGNI.

PVLCHRIVS, ECCE. MICAT, NITENTI MARMORIS DECVS

C L V S I O D I C I T

✠ XPE FABE VOTIS GREGORIO ET AVSTRE CONDEDOCIS
QVOD MVSTIOLE OPTVLERVNT MARTIRE XPI ▾ [1]
HOC TEGMEN CIBVRII SVBLATA VETVSTAS
QVE MELIOR E CVLTV NOVILIORE REDIT ▾
CEDAT NOVITATI DIRVTI ANTIQVITAS LIGNI ▾
PVLCHRIVS ECCE MICAT NITENTES MARMORIS DECVS ▾
O MVSTOLE MERITV BENRANDAQVE FEDIS
ROSEIS VIRGINEIS CROCEIS AMORE PARATVS
NOVILIOR PROSAPIA QVI ET DE CLAVDII PROLEM ▾ [2]
CVIVS AVLE MOENIA A FVNDAMENTIS DICAVIT ▾ [3]
GREGORIVS ARMIPOTENS ET ROBVSTISSIMVS DO̅ ▾

Alia

QVOD, CACVMEN CVLMENIS, FACIVNDVM CVRAVIT. ❦
O MVSTIOLE, MERITVM, VENERAVILI, POLLET. ❦
ROSEIS, VIRGINEVM, CROCES AMORE DARATVM ❦
CVIVS, AVLE MOENIA, A, FVNDAMENTIS DICAVIT.
PRISTINA SVBLATA INNOVAVIT, POTESTAS ❦
TEMPORIBVS, D N, LVITPRANDI, CATHOLICI REGIS.
EXACTIS, TRIBVS, LVSTRIBVS, ET ARISTIS, DVOBVS.
ARCADI, PRAESOLI, TEMPORE RESTITVTA EST AVLA.
MVLTA, PER INNVMERVS COMPLEXA MODICO. VERSV
GREGORIO, CRISTICOLE CONPLEVIT IVSSA MO̅N̅.

(1) CIBURIUM *pro* CIBORIO, *quo nomine apud Scriptores Eccleſiaſticos dicitur tegumentum, & umbraculum Altaris, quod Columnis quatuor attollebatur. Videatur Ciampinus*, Veter. Moniment. tom. primo, pag. 180. *& Du-Freſnius* in Gloſſar. Latinit. *V.* CIBORIUM.

[2] *Fortiſſima Matrona Muſtiola*, CLAUDII Gotthici *Imperatoris* CONSOBRINA *fuiſſe dicitur in Actis admodùm antiquis, ac ſinceris, quæ Surius, & Sollerius referunt.*

[3] AVLA *pro Baſilica, & Eccleſia uſitatum quarto ſeculo nomen. in*

Mu-

Alia verò inſcriptio, ibidem locata, in qua MARTYRA appellatur, in recto muliebris generis Sancta Muſtiola, hæc eſt:

NOBILIS VASTA NITENS REDIVIVA AN FABRICA TEMPLI.
REGIA [illegible] ORNARVNT CVLMINA PVLCHRE.
FVLGIDVS VICA PIVS GREGORIVS APTVS VBIQVE.
HOC OPVS PATRARVNT LIVTPRANDI TEMPORE REGIS.
TRAMITE SAT RECTO ARCADI POLLIT IN ALTO.
MVSTIOLA PRAEVEAT TV POST GAVDIA ILLIS.
CELSVS VBIQVE SVIS CONCEDAT PROSPERA VOTIS.
MOX DABITVR PLACIDE SI NIL DVBITARIT OBERRANS.
MARTYRA SISEBVTI SIS MEMOR ALMA MISELLI. ✠

Sed hiſce Martyra illud longè vetuſtius, quod apud Fabrettum (2) legitur, e Vitro antiquo: MARTVRA EPECTETE VIVALIS: & illa etiam antiquiora, quæ ſunt in libro Sacramentali Romanæ Eccleſiæ, qui Gelaſio primo tribuitur, editusque habetur a Ven. Card. Thomaſio, ſub nomine Joſephi Cari. Ibi enim habetur lib. II. *Sanctæ* MARTYRÆ *tuæ Ceciliæ*; *Sanctæ Julianæ* MARTYRÆ *tuæ*; *Beatæ Agathæ* MARTYRÆ *tuæ*; *Sanctæ Felicitatis* MARTYRÆ *tuæ* &c. Similia leguntur in Miſſali Gothico, quod edidit Mabillonius, *lib. III. de Liturg. Gallican. pag.* 216; & alibi.

Nihil itaque diceremus ab antiquorum ſæculorum ſermone alienum, ſi obſcuras illas, & obliteratas notas in Epitaphio SEVERÆ, ſuppleto charactere uno legeremus MARTORA, vel MAPTOYA. Præſertim cum jam, ab ipſo æræ Chriſtianæ ſæculo quarto, appareat in ſaxis figura literæ R, ità ſcripta, ut Y Vocalem quodammodò referat, quod in Gaudentiæ epitaphio [3] videri poteſt. Additur, ad ità legendum, indicium adeò luculentum Martyrii a SEVERA tolerati; Calix nimirum ille cruentus, de quo ſupra locuti ſumus, §. I, *pag.* 3; & §; II, *pag.* 8. & §. VI. *pag.* 31; ut proinde imprudens conjector cenſendus non ſit, qui de Martyrio characteres illos intelligat.

Sed ſivè MARTYRA quis ibi malit, ſivè MORTUA, parùm ſolicitor: neque ulla mihi cura oboritur ex eo, quod in lapide videatur eſſe, ΠΟΤΑ. Didici nimirum longâ multorum lapidum obſervatione [4] non eſſe in omni-

Muſivis Baſilicæ S. Pauli Viâ Oſtienſi.
THEODOSIVS COEPIT PERFECIT HONORIVS AVLAM
DOCTORIS MVNDI SACRATAM CORPORE PAVLI.

(1) ARCADIUS *hic fuerit fortè Epiſcopus Cluſinus. Sanè in ea Inſcriptione, quam in Notis attulimus dicitur* PRÆSUL.

[2] *Inſcript: Dom. cap.* VIII. *p.* 595.


[3] *Apud Bonarrot. Præf. ad Vitra antiqua pag.* XVI.

[4] *Senſit hoc etiam Clariſſ. Fabrettus; qui proinde ſic, cap.*VIII. *Inſcript. pag.* 587. Non eſſe operæ pretium duco in critica emendatione ſcripturæ immorari &c.

omnibus omninò lineis, ac ductibus antiquarum inſcriptionum ſiſtendum, cùm de monumentis barbarè ſcriptis agitur, quæ & neceſſariis deficiunt, & ſuperfluis abundant. Legat mihi, qui poterit, eum qui ſequitur Chriſtianum titulum, e Muſeo P. Kircheri, ſed ſimul religioſè obſervet characterum figuram:



Eâ tamen neglectâ, lapis facilè legitur; REDEMPTA: & niſi fallor, ne unam quidem guttulam inde extundet opportuni ſenſus, quicumque aliter legerit. Idem dic de chriſtiano hoc lapide, in eodem Muſeo, qui Crucem figet volenti ſingulas notas attentè conſiderare, quas accuratè expreſſas do; ut divinet, qui volet, ſenſum illarum.



Memini multas interpretationes Romæ ab eruditis viris huic lapidi datas. P. Alexander Lesleo S. J; diſpertito in duos veluti laterculos titulo, putabat legi debere;

(1) VIVIA TIGRIS | ZEA FECIT
QVÆ VIXIT ANNIS X. | SORORI DIGNISSIMÆ,

vel DIGNÆ MERENTI. P. Joſeph Hieronymus Lagomarſini, S. J. Vir gnarus in Antiquitatibus, & latinarum græcarumque literarum ſcientiſſimus, arbitrabatur legendum:

VIVAT IN CHRISTO | LEA FECIT
QVÆ VIXIT ANN. X. | SORORI DIGNE MEMORIAM.

Secundum laterculum vir doctus ità interpretabatur:

EA FECIT
SORTEM CHRISTI DEI IN IGNEM.


Sumito quidlibet: ſemper tamen ab appictis characteribus digredi neceſſe erit.

Eâdem autem ratione loquendum de tribus hiſce barbaris inſcriptionibus, quas hîc per Saturam addo:


EO-

[1] TIGRIDIS *nomen uſitatum fuiſſe apud Chriſtianas Feminas, & lapides antiqui docent; & ſupra allata inſcriptio Tettiæ Tigridis* §. XIV. *pag.* 133. *De ferinis autem apud Chriſtianas nominibus*, LEA, VRSA, VRSVLA, ASELLA, TIGRIDE, PORCELLA &c. *quædam addi poſſent obſervatis a Fabretto cap.* VIII. *Inſcr. p.* 586.

I.



II.



III.



Primam vidi in Cœmeterio Sancti Hermetis, unde Muſeo Kircheriano acquiſita fuit. Priores duos verſus facilè leges, aliqua ſupplendo: *Fortunatus vixit annos triginta ſex: Exivit de Sæculo Neophytus.* Tertium verò, niſi omnia turbes, non intelliges. Videtur tamen ſenſus eſſe hic: SVPERSTES CONIUX, ET FILII SEX, TITULUM FECIT; niſi etiam fortaſſe ultima melius legantur, SI V VI (ideſt *Sexto*) FECIT; Secundam vidi prope Feratinum, in Villa Comitis d'Oddi, ad Sanctum Herminium. Ne Œdipus quidem eam intelliget, ſi cogatur characteribus ab ea expreſſis penitus adhærere: neque tamen abibit a vero, ſi quis legat; HONORIA, vel HONORATVS EN HIRENE; ſcilicet IN PACE; ità ut τὸ EP ſecundi verſus ſumatur pro EN: τὸ autem ΠΙ legatur HI. Quid ſi ibi dictum ſit, mixtis Græcorum, ac Latinorum notis (quod fieri conſueviſſe ſupra vidimus) HONORATO *Presbytero* Π [illegible] IRENE*us*? Qui hæc, ſanè audaciuſcula, [illegible], potiora communicatur. In tertio verò epigrammate pudens fateor, nullum omninò me ſenſum; ne remotiſſimum quidem aſſequi

qui


qui. Extant hi characteres, eadem quà exhibentur magnitudine, ſculpti in ſigillo æneo, quod inventum paucis ab hinc annis, apud Thermenſes Himeræos, acquiſitum fuit Muſeo Collegii Panormitani Societatis Jeſu, a P. Ignatio Salnitro, præcipuo ejus Muſei auctore. Poſitum pro operculo fuerat ſigillum hoc Vaſculo fictili, pleno numulis æreis, quarti plerumque ſæculi. Nemo adhuc, quod ſciam, tam felix fuit, ut ejus notas aſſequi, atque interpretari potuerit: neque aſſequetur puto quiſquam, niſi audacter ibi legat, quæ ſcribi fortaſſe ibi debuere, ſed reapſe ſcripta non ſunt. Quæ idcirco allata volui, ne quis mihi tanquam crimen appingat, quòd dixerim; legi debere in Severiano Epitaphio audacter ΤΟΥΑ, licèt ibi character non videatur T eſſe, ſed potiùs Π. Quæ autem de notis reliquis numeralibus conjici utcumq; poterant, prælibata jam ſunt §. VI. *pag.* 35.

§. XIX.

EXPENDVNTVR BARBARA VOCABULA

ΑΝΝΟΤϢΡϢΜ. ΜΗϹϢΡϢΝ. ΔЄΟΥΡϢΝ.

SUavius quidem argumentum animadverſionibus hiſce optandum fuiſſet jam ad portum appropinquantibus; verùm, hiſpidis nos, atq; incomptis vocabulis onuſtos, epitaphium dimittit; Annos, Menſes, & Dies exprimens, Verbis grammaticum ſtomachum moventibus, ANNVOPOM, MESORON, DEVPON. Et ea quidem paucula, & inſulſa, quæ in primo Vocabulo ΑΝΝΟΤϢΡϢΜ obſervari poterant, jam expendimus, ubi de importuna Diphthongis ſede attributa loquebamur, §. XIV; *pag.* 126; atque ubi SEVERÆ Martyris ætatem examinabamus, §. VI, *pag.* 35. Poſſent ibi dictis multa hìc addi barbararum terminationum exempla, quibus ſæpiſſimè deformatus invenitur caſus patrius hujus nominis, numero multitudinis. Sed ego in re obvia, neque utili, unico tantùm contentus ero chriſtiano titulo, quem vidi Romæ, in horto Puellarum Mendicantium; ubi ANORO ſcriptum leges, pro ANNORVM.

(1) 

A a Quæ-

[1] VIII. Kalendas Januarias: *Sic enim legere oportet illud* SENARAS, *ſeù* ϹENARAS. *Sæpè ſcilicet in antiquis, præſertim Chriſtianorum, ſaxis,* J *conſona abiit in* Ϲ; *ut obſervavit jam Bonarrotus, in* Vitris antiquis, *pagg.* 53, *&* 54. *Quâ ex animadverſione fax prælucet intelligendo obſcuro epitaphio illi, quod in S. Agnetis Cœmeterio, invênit Cl. Boldettus, ac refert lib. II, cap.* VI, *pag.* 406:

CA-

Quædam etiam obſervavimus (*pag.* 36.) ad vocem ΔΕδΡΩΝ ; quam fortaſſe ſcribere voluit epitaphiographus, ΔΕΙΕΡΩΝ ; ſed ſecundo, ac tertio charactere in unum monogramma imperitè conflatis, vel ΔΕΧΡΩΝ pinxit, vel ΔΕδΡΩΝ, quod accuratiùs inſpicientibus in lapide apparet. Simile DIERO ſæpe vidimus in ſaxis, quæ laudavimus, e Cœmeteriorum monumentis. Solùm igitur paucula quedam dicenda ſuperſunt, circa infelix illud, ΜΗΣΩΡΩΝ, ſeu MESORON, pro MENSIUM. Neque tamen in hac tam parum latina casus inflexione improbrandum eſt Scriptori epitaphii, quaſi ſolus eá ætate latinè neſcierit; cùm ex benè multis lapidibus Chriſtianis, a Boldetto inventis, eruatur, non alium eo ſæculo fuiſſe plebis Romanæ univerſæ loquendi Genium.

ANNORO OCTO MENSORUM DECE, eſt in Epitaphio Quinti Pueri [1]. MESORO DUORO ET DIERO &c. eſt in lapide Patricii, & Paſchaſii [2]: MENSORUM IIII DIORUM XII, leges in Epitaphio Quartinæ [3]: MENSOR XI, appoſuerunt titulo Filii, quem non nominarunt (niſi fortè ejus nomen ſit FELIX) Abaſcantion, & Dionyſa Parentes [4]. Elegantiùs in Tabula ſepulcrali pueri Tauri [5]; RECESSIT DE SÆCULO .... ANNI UNIUS MENSORUM TRES; & alibi invenitur [6], MARIIUS ANNORUM III ET MESORUM VII.

Neque ſoli Chriſtiani tam lutulento ſermone utebantur. Narrat enim Ill. Fabrettus [7] inventam Urnulam cinerariam Ethnicorum in Villa Corſina; in qua, permiſtis characteribus Græcorum, & Latinorum, dicitur Atinia Procula vixiſſe [8] ANOS. LA. IIT. MIISORU. QVATOR. Neque minùs barbarum eſt illud VERSORVM, quod in duabus inſcriptionibus, apud eumdem Fabrettum videndis, reperitur [9]; neque illud PONIIFICORUM, quod ex antiquo ethnico lapide, refert idem (10). Quid de prodigioſo illo PARENTORUM, quod eſt Romæ in Urnula, penes D. Baronem Mantica? HIC

ΓΑΖΑΙΒ ΚΑΛΖΟΝΙΩΝ ΔΩΡΜΤ ΙΝΤΤΑ

ΚΕΦΙΛΙΑ. ΙΑΙ

Is namque Titulus, corrigendus mihi, ac dividendus videtur: ΓΑΖΑ. ΙΒ. ΚΑΛ. ΙΟΥΝΙΩΝ. ΔΩΡΜΙΤ. ΙΝ ΠΑΚΕ. ΦΙΛΙΑΙ. *Neque video lectionem, atque interpretationem aliam tolerabilem hujus barbari tituli, ſi tibi hæc non placeat; in qua, ſub Græcis characteribus leges latina verba:* GAZA. DUODECIMO. KALEND. JUNIARUM, *ſcilicet*, Depoſita; DORMIT. IN. PACE. FILIÆ fecerunt.

[1] *Boldetti Oſſerv. pag.* 433.

[2] *Ibid. pag.* 428.

[3] *Ibid. pag.* 429.

[4] *Ibid. pag.* 429.

[5] *Ibid. pag.* 413.

[6] *Ibid. pag.* 410.

[7] *Inſcr. Dom. cap.* V. *pag.* 397.

(8) ANOS. LA *ſcriptum puto ad notandam ætatem annorum, unius ſuprà quinquaginta. Itaque, τὸ A, græco more ſcriptum fuiſſet, pro unitate ſignificanda: quod abſonum non eſt, in lapide, in quo ſcribitur* IIT *pro* ET, *ac* MIISORU *pro* MESORU. *Fortaſsè tamen illud* A, *poſt* L, *poſitum fuerit ad denotandam ultimam literā verbi* QVINQVAGINTA; *quā ratione, ad denotandam ultimam literam verbi* UNDECIM, *ille numerus pingitur in antiquo ſaxo apud Fabrettum*, XIM.

(9) *Cap.* IV. *Inſcr.* 150. *cap.* IX. 290.

(10) *Cap.* V. *Inſcr.* 378. *pag.* 419.

HIC · SITVS · EST · M ·
VLPIVS · FIRMVS · A · L ·
ANIMA · BONA · SV
PERIS · REDDITA ·
RAPTVS · A NYMPHIS
VIX · ANN · VIIII · M · VI ·
(1) DECEPTOR PARENTO
RVM · VLPIVS NYMPHICVS
FIL · DVLCISSIMO

Hujus generis ſunt illud Marturorum, quod in ſupra allato Pecorii Epitaphio vidimus, §. xviii. *pag.* 181; & illud ossorum, quod a nomine ossum debuit plebs Africana deducere; apud quam, teſte S. Auguſtino (2), ossum dicebatur, non autem os, *conſuetudine vulgari, quæ plerumque utilior eſt ſignificandis rebus, quàm integritas literata*. Quamquàm, non in Africa ſolùm, ſæculo quarto, ac quinto; ſed & Romæ, bonis latinæ linguæ ſæculis, ossorum dici conſueviſſe, docemur ex eo, quòd osso in ſingulari numero uſurpatum a Varrone ſcribat Chariſius [3]; & ossum a Gellio adhibitum, narret Priſcianus [4]. Spiritorum ex Analogia dixerint, quicumque in tertio caſu ſingularis numeri dicebant Spirito. Dicebant autem, uti ſuprà vidimus, §. xvii. *pag.* 167, fermè omnes. Dixerint etiam Tristorum, ab adjectivo Tristus; unde femininum Trista, apud Gruterum [5]: Properavit hora trista fatalis mea. Altariorum, non eſt rarum in SS. PP; nimirum a nomine Altarium; de quo conſulenda Gloſſaria (6). Magistratorum, in uſu vulgari fuiſſe credibile eſt; cùm in Kalendario antiquo ſæculi quarti [7], pridie

A a 2 Kal.

(1) *Phraſis, hæc* Deceptor Parentorum, *ex amore profecta, non debet accipi, veluti redargutio quædam, aut exprobratio. Idem eſt, ac* præmortuus Parentibus, qui decepti ſunt, in ſpe relinquendi filium ſuperſtitem: *Hoc ſenſu, in antiquo ſaxo; quod eſt Romæ in Villa Alteriorum Exquilinâ,* Augurini *fratres pueri, eodem tempore Mortui, dicuntur* Filii carissimi qvi deceperunt. *Hoc etiam ſenſu,* Fl hermes *Puer, in antiquo lapide Gaddiorum, apud Gorium (Inſcr. Antiq. Etrur. Tom. I, pag.* 207.) *dicitur* Derisor aviaes qvia (*fortè*, quæ) se dicebat nutrire bacchillum (*Baculũ*) summæ Senectæ. *Additurq;* delusit fratrem patris *&c.*

[2] *Enarrat. in Pſal.* 138; *& Libro III. de Doctr. Chriſtiana.*

[3] *Inſtit. Gram. lib. I, ubi de Analogia.*

[4] *Lib.* vii. *ubi de terminatis in* os.

(5) *Theſ. Inſcr.* dclv. 1.

[6] *Magri, in* Hierolexico V. *Altare. Du-Freſne, in* Gloſſar. Latinit. *Facciolatus, in* Calepin. *Baſilius Fabri, in* Theſaur. Erudit. Scholaſticæ.

[7] *Videatur Bucherius in Can. Victor. & Tom.* viii. *Theſauri Antiquit. Romanar.*

Kal. Januarias notatum ſit, MAGISTRATI IVRANT; a quibus MAGISTRATIS, non longè abit illud MAGNATORUM; quo verbo, tanquam communi ævo ſuo, uſus eſt vulgatus Interpres [1].

Neque ego idiotiſmos hoſce crediderim ità fuiſſe communes declinantibus ſæculis, ut ignoti Romanæ plebi fuerint, eâ etiam ætate, quâ caſtigatiùs loquebantur. Nam & e Laberii fragmentis habemus; VERSORUM, *non numerorum numero ſtuduimus*; & Lælius, ſeù Lævius (ut mavult doctiſſimus [2] Voſſius) quidam boni ſæculi Scriptor, de hendecaſyllabis loquens ait; *Omnes ſunt undenis ſyllabis* VERSI; cui conſonat Valerius antiquus Comicus: *Quid hic cum tragicis* VERSIS, *& ſyrma facit?* Bono pariter ſæculo plebs Romana dixit POEMATORUM [3]. Hinc refertur dixiſſe Afranius (in Privigno) POEMATORUM *non bonorum*. Lævius idem, libro titulum fecit: *De vitiis, virtutibuſq;* POEMATORUM. Ciceroni tribuunt priſci Grammatici horrendam nobis vocem, QVERCORUM: dicitur enim ille ſic locutus, in Chorographia [4]: *Ibi* QVERCORUM *rami ad terram jacent, ut Sveis, quaſi Capreæ, ex ramis glande paſcantur.* Credere etiam licet, dixiſſe priſcos Romanos, ÆSTORVM, ASPECTORUM, pro *Aſpectuum*, EXERCITORVM, FLUCTORVM, FRUCTORVM, GEMITORVM, LUCTORVM, PARTORUM pro *Partuum*, PISCATORUM pro *Piſcatuum*, QVAESTORUM, pro *Quæſtuum*, STREPITORUM, SUMPTORUM ſubſtantivè pro *Sumptuum*, TUMULTORUM, VICTORUM pro *Victuum* &c. cum in gignendi caſu ſingularis numeri reperiantur apud antiquos Auctores, ut benè Grammatici notant, hæc vocabula: ÆSTI, ASPECTI, EXERCITI, FLUCTI, FRUCTI, GEMITI, LUCTI, PARTI, PISCATI, STREPITI, SUMPTI, TUMULTI, VICTI, atque alia hujuſmodi: de quibus fuſiùs Janus Guilielmus Laurembergius (5), & Nonius Marcellus [6], atque alii.

Dixerint, & VOLTORUM pro VVLTUUM; quandoquidem, *Veſtra* VOLTA ſupereſt nobis in ruderibus Ennianis: & PAVPERORVM; habebant namque PAUPERARUM, a ſingulari PAUPERA [7]; quæ vox Plautina eſt, ac Terentiana [8]; *In Patria honeſtè* PAUPERA *vivere*: & SENSORUM a plurali SENSA, quod uſitatiſſimum erat. Inſignis in hac quidem re eſt locus Macrobii [9], qui poſtquam obſervavit, uſurpatos, contra loquendi regulam, ab antiquis Latinis hos caſus; BACCHANALIORVM, SATURNALIORUM, VINALIORUM, AGONALIORUM, ad feſtos dies ſignificandos; hos pariter, DOMORUM, VIRIDIORUM pro *Viridariis*, VECTIGALIORUM, ANCILIORUM &c. concludit, *Veteres indulſiſſe copiæ per varietatem, ut dicebant* Exanimos, *&* Exanimes; inermes, *&* inermos; *tum* hilaros, *atq;* hilares. Dixiſſe eos crediderim tum MENSES, tum etiam MENSOS, quemadmodùm dixère paſſim MESES. Certè locum dat conjecturæ τὸ MENSORUM, ſivè MESORUM, adeò frequens in lapidibus, a ſecundo æræ Chriſtianæ ſæculo.

Hæc Archaiſmorum exempla copioſè congerere ſupervacaneum

non

---

(1) *Eccli.* XXXIX. 4.

(2) *Ariſtarch. lib.* IV. *cap.* 20.

(3) *Videndus de hac voce Soſipater Chariſius, Inſtitution. Grammat. Lib. I. cap.* de Analogia, *&* de Nominativis ad regulam redactis; *ubi, &* DIADEMATORUM, *&* CEROMATORUM; *&* TOREUMATORUM, *&* DIPLOMATORUM, *tanquam uſitata commemorat.*

(4) *Al. in Orthographia.*

[5] *In* Antiquario.


(6) *De mutata declinatione.*

[7] *Sicuti, &* GRACILA *eſt in Fragmentis C. Cæcilii, ex lib.* VIII. *Satyrar. quod* GRACILA, *a maſculino* GRACILUS, *ex quo* GRACILORUM.

[8] *Vide Ter. Andr. Act.* 4. *ſc.* 6.

(9) *Saturnal. lib. I. cap.* 4.

non fuit; ut appareret eum, qui Epitaphium poſuit Severæ Martyri, non eſſe admodùm reum faciendum violatæ Latinitatis. Non enim alia fuit eo tempore plebis Romanæ loquela, cuius auribus tunc non diſplicebat κακίστωσις illa, quæ tam barbara nobis apparet. Quod ut alio exemplo confirmem, & Diſſertationi jam ſatis prolixæ finem faciam, en aliam ineditam, ac pulcherrimam inſcriptionem, in qua MENSORUM illud Severæ, patrocinium inveniet. Hæc Inſcriptio eſt in Muſeo Kircheriano; eamdemque prorſus ætatem refert, quam epitaphium Severæ. Utrobique enim eadem idiomatum permixtio, eadem characterum conformatio, eadem Diphthongorum anomalia, eadem omnia; niſi quòd inſcriptio hæc inciſa lapidi eſt; inſcriptio verò illa, ſolùm appicta. Utinam, qui hanc ſcripſit, Epocham etiam appoſuiſſet, neque rem reliquiſſet conjecturis fallacibus examinandam. Haberemus inſigne documentum contra Socinianorum pervicaciam, inſcriptionem nimirum ante-Nicænam; in qua clarum adeò de Chriſti Divinitate teſtimonium, ut clarius deſiderari non poſſit:



Torſit hæc inſcriptio multos, cum tamen nihil in eâ difficile ſit, ſi quis benè ſecundam Vocem intelligat. Legenda mihi videtur. Ερμαΐσκε, φῶς: ζῆς (pro ζᾶς) ἐν Θεῷ Κυρίῳ χριστῷ, *Annorum decem*, *Meſorum ſeptem*. Eam interpretor: HERMAISCE. LUX. VIVIS. IN. DEO. DOMINO. CHRISTO. ANNORUM. X. MENSIUM. SEPTEM.

ЄPMAЄICKЄ, ſeù *Mercuriole*, nomen eſt Pueri decennis, cui titulus poſitus eſt. Quæ ſequitur Vox (1), tenerum ſepelientis affectum denotat, a quo, LUCIS nomine, puer Hermaiſcus appellatur ΦωC. Nihil hoc blandimento uſitatiùs (2).

Scilicet Ajaci mulier mæſtiſſima dixit
LUX MEA; *quæque ſolent Verba juvare Viros* [3].

Qui-

[1] *De Amatoria hac formulâ*, MEA LUX, *aliiſque hujuſmodi, vid. Briſſon. lib.* VIII. de formul. & Solennibus Pop. Rom. Verbis, *pag.* 842. 843.

[2] *Adde, ſi vis, auctoritatibus allatis Catullum, Elegia ad Mallium.*
Et longè ante omnes, mihi quæ me carior ipſo eſt
LUX MEA, quâ vivâ vivere dulce mihi eſt:
Adde Cornelium Gallum in Elegia, Non fuit Arſacidum *&c.*
Nec capitur miſſis LUX MEA muneribus.
Adde ex Propertio, lib. II. eleg. XI.
Nunc ad te, MEA LUX, veniat mea litore navis
Servata &c.
& lib. eod. Eleg. XXI.
Tu quoniam es, MEA LUX, magno demiſſa periclo.

[3] *Ovid. Art. lib. III.* 523.

Quique Ovidio non minùs tener, neq; minùs latinè callens, Propertius,

Heſternà, MEA LVX, *cum potus nocte vagarer* [1].

Imitatus eſt Propertium, atq; Ovidium, Martialis [2],

Si non derides, ſi verum LVX MEA *narras.*

Sic etiam compellavit Hectora Æneas, apud Virgilium (3);

O LVX *Dardaniæ, ſpes o fidiſſima Teucrûm!*

Præiverat Virgilio Ennius (in Alexandro) teſte Macrobio (4):

O LVX *Trojæ, germane Hector!*

Longè verò Virgilio, & Ennio antiquior ille Poëtarum Pater, *a quo ceu fonte perenni, Vatum Pieriis ora rigantur aquis*, hujuſmodi blanditiis utentem Penelopen inducit [5] in repentino adventu filii Telemachi:

Ηλθες Τηλέμαχε, γλυκερὸν ΦΑΟΣ.

Neque ignota eſt lapidibus antiquis compellatio adeò tenera. Habes in Fabretto, dictam Anniam Regillam [6], ΤΟ. ΦΩΣ. ΤΗΣ. ΟΙΚΙΑΣ. Habes, apud eumdem, dictam Olympiam [7], ΦΩΣ. ΤΟ. ΓΛΥΚΥΝ. Habes in Boldetto appellatam Maritimam, ΓΛΥΚΕΡΟΝ ΦΑΟΣ [8]. Sponius annularem amethyſtum vidit, ita inciſum: ΦΩC. ΜΟΥ. ΘΕΑΝω (9). In epigrammatis collectis a Cl. Donio, epitaphium Salmanticenſe (10), Theodoram, laudabilem feminam, appellat ΦΑΟC ΟΙΚΟΥ; quemadmodùm in Anthologia (11) Hippocrates dicitur ΦΑΟΣ ΜΕΡΟΠΩΝ; & in alio veteri epigrammate, Julianus J. C, tempore Juſtiniàni, dicitur [12], ΝΟΜΙΚΗΣ ΦΑΟΣ. Quare non injuriâ, quis credat, Hermaiſco Puero teneram illam appellationem ΦΩΣ, in hoc eodem ſenſu, eſſe tributam. Et hæc demùm opinio mihi potior visa; cùm antea ſuſpicarer, poſſe illud ΦΩC explicari, ΦΩΣΣΑΡΙΟΥ, ſcilicet υἱὸν: neque enim rarum eſt, *Foſſores*, & *Foſſarios*, in lapidibus cœmeterialibus invenire.

Sed ſivè de Foſſario, Patre Hermaiſci, ſivè de Hermaiſco ipſo, qui dictus ſit LUX, quis intelligat ſecundum Vocabulum inſcriptionis, reliqua difficultate carent. Illud, ΖΗC. ЄΝ. ΘЄω. ΚΥΡЄΙω. ΧΡЄΙCΤω, planè Chriſtianū eſt. REGINA VIBAS IN DOMINO ZESU, celebris eſt inſcriptio, apud Gruterum [13], atq; alios. In lapide pulcherrimo, anni CCLXVIII, Cos Paterno II, legitur [14], VIBAS INTER SANCTIS. In Cœmeterio Cyriacæ erat, JOVIANE VIBAS IN DEO; teſte Cl. Boldetto [15]. OLYMPIODORE VIVAS IN DEO ☧; inventum in Cœmeterio Calliſti, habet idem (16). AEMILIANE. ROMANE. VIBATIS. IN. DEO, adſcriptum erat loculo Biſomo, in Cœmeterio Priſcillæ; ut idem narrat (17). Sigillum annulare ferreum, cum acclamatione eadem, VIVAS. IN. DEO, retulit Sponiùs [18]: quam eamdem formulam habet, in pala inciſam, annulus æreus Muſei Kircheriani, cujus imaginem dedimus, *Tab.* IX. *pag.* 57.

ΑΦ-

[1] *Propert. lib. II. Eleg.* 22.
[2] *Lib.* IV. *Epigr.* 30.
[3] *Æneid.* 2.
[4] *Saturnal. lib.* VI. *cap.* 2.
[5] Οδυσσείας ρ'. Veniſti Telemache dulcis lux.
[6] *Inſcr. cap.* V. 356. Lumen domûs.
[7] *Ibid. cap.* X. 506. Lumen dulce.
(8) *Oſſervaz. lib. II. c.* IV. *pag.* 370. Dulcem Lucem.
[9] *Miſcell. erudit. Antiq. Sect.* IX. *pag.* 297. Lux MEA, Theano.
[10] *Claſſ.* XII. 66. *pag.* 407. Lumen Domûs.
(11) *Libr. primo. Epigr.* εἰς Ἰάτρους. Lumen Hominum.
(12) Legalis *Prudentiæ* lumen.
[13] *Theſ. Inſcript.* MLVIII. 6.
(14) *Apud Boldett. Oſſerv. lib. I. cap.* XIX. *pag.* 80.
(15) *Ibid. lib. II. cap.* VII. *pag.* 418.
(16) *Ibid. cap. III. pag.* 340.
[17] *Ibid. cap.* XVIII. *pag.* 572.
[18] *Miſcell. Sect.* IX; *pag.* 297.


Tab. XX. pag. 193.
ΘΟΙϹ ΠΙΕ ΖΗϹ
ΠΙΕΖΗϹΑΙϹΕΝΑΓΑΘΟΙϹ
Crater Chryſtallinus, literis extantibus, inuentus in Cœmeterio SS: Thraſonis, et Saturnini, viâ Sa=
lariâ; Anno MDCCXXXII· Eſt Romæ apud D: Canonic· Boldetti·
Ant· Boua Scul·

ΑΦΘΟΝΑ ΕΝ ΘΕΩ ΖΗΣΗϹ, refertur a Clariſſimo Bonarroto [1], inter acclamationes Chriſtianas, quas in lapidibus Cœmeteriorum antiquorum legit. Similes acclamationes habent tituli emortuales Mæziæ, & Victoriæ, apud Boldettum [2]. ΠΙΕ ΖΗϹΑΙϹ ΕΝ ΑΓΑΘΟΙϹ (3), acclamatio eſt, inſculpta literis anaglyphis, in labro exteriori pateræ chryſtallinæ, inventæ in eodem Cœmeterio SS. Thraſonis, & Saturnini, in quo Severianum epitaphium inventum eſt. Volui autem hujus crateris imaginem hic dare (*Tab.* XX.) quantumvis enim convivalis potiùs, quàm ſepulcralis acclamatio ſit, tamen ſolennibus Chriſtianorum antiquorum formulis conſonat, quas etiam e lapidibus aliis duobus Cœmeterialibus, ad Sanctæ Mariæ trans Tiberim, exſcripſi:

[4]

ΜΑΞΙΜΑ
ΙϹΘΕΟΝ
ΖΗϹ

(5)

ΕΙΛΑΡΑΖΗϹΙϹ
ΕΝΘΕΩ

Patet itaque ſenſus epitaphii Hermaiſco poſiti: de quo fuſiùs fortaſſè paullò, quam oportuit, diſputavi. Ut ergo ad MENSORUM illud me recipiam, unde evagati ſumus; vides abundè in allatis exemplis, non unius Severiani epitaphii eſſe, amuſam eam loquendi rationem: neque adeò recèns ortam, ut inaudita etiam fuerit ſæculis felicioribus.

Quæ animadvertiſſe, ad pulcherrimam Tabulam utcumque illuſtrandam, quod unum in me receperam, ſufficere in præſens putem, Adoleſcentes Clariſſimi. Neque enim Vos hinc petere fas eſt Canonas ad omnes univerſim Lapides antiquos, ſivè Chriſtianorum, ſivè Ethnicorum intelligendos, & cum utilitate verſandos. Hæc namque qui penitùs noſſe cupiat, magnos illos Scriptores conſulat oportet, quos paſſim laudavimus;

——— tenui nam nos in pulvere ſulcos
Ducimus, & ſterili litus verſamus aratro.

(1) *Oſſerv. su' Vetri ad Fig. II. Tabulæ* XXIV, *pag.* 166. *Significat*: Aphthona in Deo vives.
[2] *Oſſ. su' Cimit. lib. II. cap.* VII. *pag.* 417.
(3) *Bibe. Vive in Bonis*, ſeu *cum Bonis.*
(4) *Maxima. in Deum vivis.* Ζῆς, *pro* Ζῇς.
[5] *Hilara vives in Deo.* Ζήσις, *pro* Ζήσεις.

F I N I S.

M. ANTONII BOLDETTI
PROTONOTARII APOSTOLICI;

Baſilicæ Fontis Olei Canonici, ad extrahenda è Sacris Urbis Cœmeteriis SS. Martyrum Corpora ſpecialiter Deputati, ac Sacrar. Reliquiarum Cuſtodis: Nec non Sacræ Congregationis Indulgentiis, atque Reliquiis præpoſitæ Conſultoris; de SEVERÆ *Martyris Epitaphio*

TESTIMONIUM.

IN Sacrorum Urbis Cœmeteriorum curam, Speciali Summi Pontificis juſſione jam diù mihi concreditam, ſedulò incumbenti, propitio tandem Numine, contigit anno 1722. ex his unum Viâ Salariâ Novâ reperire, quod à SS. Thraſone, ac Saturnino (qui Diocletiano, ac Maximiano Impp. paſſi ſunt) in tabulis Eccleſiaſticis denominatur; notiſſimum certè, ſed haud antea detectum, atque refoſsum. Extat hoc, primo lapide, ab Urbis Portâ, quæ Salaria dicitur; Nec in illud primùm deſcendere licuit, niſi per altiſſimum puteum, qui domui cohæret Vineæ *DD. de Capocaccia*, cujus in ima parte, prope ferè aquam, in orientali latere aderat feneſtra, per quam aditus in Cuniculos, atque Vias Cœmeteriales patebat: quamvis omnia eſſent terrâ, ac ruinis opleta. His autem, per foſſores, quoad fieri potuit, egeſtis, viſum eſt Cœmeterium protendi ſub Vinea, ac ædibus *DD. de Minucciis*, trans Viam publicam; in cujus tandem Cellario perventum eſt, in quo commodior patuit ingreſſus. Hæc igitur non modica Cœmeterii pars ſub iiſdem Domo, ac Vineâ, extenſa, Gothorum veluti barbarie, devaſtata apparuit, ac profanata. Eò loci etenim ingreſſi Fabri Murarii ſuperædificatæ Domûs, non tantùm marmora omnia, ac teſtaceas tabulas, quibus loculi occludebantur, ad ejuſdē fabricæ uſum abſtulerant, ſed & Vaſa cuncta ſanguine Martyrum reſperſa, ſuis avulſa locis, quibus a priſcis Chriſtifidelibus in ſignum Martyrii fuerant appoſita, impiè effracta, per Vias Cœmeteriales diſperſerant: ità ut, etiamſi intacta, & integra in quibusq; loculis corpora reliquiſſent, ea nihilominùs, tamquam dubia, & incerta, perpetuò non culta ibi remanere cogantur. Haud pauca tamen, nonnullis locis, ac Viis, Profanatoribus illis impervis, certiſſimis Martyrii Signis diſtincta, à me ſucceſſivè extracta fuerunt.

Hæc Cœmeterii pars linceum Scrutatorem, atque Inſpectorem Antonium Boſium non latuit; at illi per eam parum progredi licuit, id procul dubio prohibentibus Semitis, terrâ undequaque repletis. Illam porrò ingreſſus per aliquem terræ hiatum, in eadem Vinea *DD. de Minuciis*, haud longè ab altera viciniori *DD. de Galgalandis*, paucas ſemitas contēplatus eſt, quibus non ſemel, carbone, proprium nomen inſcripſit, in iiſq; cubiculum reperit, cujus monumentum arcuatum, picturis inſigne delineavit, exhibuitque *lib.* 3. *cap.* 61. ſuæ Romæ Subterraneæ, ſub hac Epigraphe; *Tabula Unica Cubiculi Secundi Cœmeterii Priſcillæ Viâ Salariâ*. Cœmeterii utique Priſcillæ hanc partem vocavit, cùm admodum difficile ſit celeberrimæ hujus Viæ ſingula Cœmeteria diſtinguere, propriiſque nominibus appellare, ſicuti habentur in Martyrologio Romano, aliiſq; Eccleſiaſticis tabulis. Ea etenim omnia ità per ſubterraneos

anfra-

anfractus, atque cuniculos inter ſe cohærere noſcuntur, ut non immeritò credi poſſint conjuncta celeberrimo, omniumque hujus Salariæ Viæ principi Cœmeterio Priſcillæ, quod ſecundo ab Urbe milliario incipit, e conſpectu Pontis, quem Narſes ſuper Anienem conſtruxit: Quâ quidem ex causâ, antiquis topographicis deperditis monumentis, tum Boſius idem, tum Aringhius (& nos ipſi) ea omnia Cœmeteria unico Priſcillæ nomine appellarunt.

Plures annos in hâc parte Cœmeterii luſtrandâ inſudatum eſt; donec foſſores in Arenarium deſcenderunt (de quo mox agemus); illudque tandiù ſcrutati ſunt, donec in quadam ejus extremitate aditum alterius partis ampliſſimæ Cœmeterii offenderunt: quæ latiſſimè extenditur ſub Vineis *del Melone*, e conſpectu *DD. de Gangalandis*, & Advocati *Criſpini*, aliiſque conterminis, ad Occidentem Viæ Salariæ ſitis: quod contigit ſub initium Januarii anno 1730. Ejus paulatim apparuit amplitudo (tribus enim conſtat manſionibus, ſeù ordinibus Viarum, Superiori videlicet, medio, atque inferiori) innumeris ferè loculis, quorum potiſſima pars Martyrii ſignis claret; hoc eſt Vaſculis Vitreis, ſanguine rubenti reſperſis, obſignata, exceptis non nullis; iiſque, reſpectu aliorum, paucis admodùm, palmâ notatis. Sepulchra verò ferè omnia, tabulis ſivè marmoreis, ſivè teſtaceis clauſa, ſacræque itidem picturæ, loci Sanctimoniam teſtantur, ac venerabilem reddunt: Corpora autem ferè omnia ex Soli, ac Terræ naturali ariditate ità exſiccata reperiuntur, ut ad contactum, ſtatim in particulas, fragmenta, & pulveres redigantur.

Hoc eſse Cœmeterium Thraſonis, a S. Saturnino quoq; nuncupatum, diù ante Diocletianum in prædio hujus nobiliſſimi Viri excavari cæptum, & ab ipſo poſtea ſub immaniſſima Diocletiani perſecutione auctum, innumeriſque Martyrum exuviis; præcipuè ipſius Saturnini atq; Siſinnii Diaconi (ut perhibent Acta S. Marcelli Papæ) credibile aſtruitur. Primo ex loci memoriâ, qui corrupta Voce ad *S. Cioroninam* (pro S. Saturnino) vocitatur, & parietinis antiquiſſimæ Eccleſiæ eidem dicatæ, à Boſio repertis (*lib.* 3. *cap.* 61.) in cujus locum recens parvum Sacellum, non longè, in Via publica excitatum, e conſpectu *DD. Coſtà*. Secundò; ex ingenti Coronatorum numero eo loci depoſitorum. Tertiò; ex Vaſtiſſimo Arenario eidē Cœmeterio contermino. Supereſt inſigne hoc Monumentum Chriſti fidelium ſudoribus, ac labore refoſsum, ex quo ad Thermarum Diocletianearum conſtructionem effodiebantur arenæ à tot Chriſtianorum millibus, quos monſtrum illud crudelitatis, ad hoc ſervile opus damnaverat: eoſque Thraſo (ut ex Martyrologio Romano XI. Dec; ac ex Actis à Boſio *l.* 3. *c.* 57. relatis) laborantes in Thermis, aliiſque operibus publicis fatigatos ſuis facultatibus ſuſtentabat: ob quæ pietatis opera, & ipſe poſtmodum à Maximiano, glorioſa Martyrii Coronâ decorari meruit. Hoc porrò Arenarium, ità diſtinctum à Cœmeterio eſse dignoſcitur, ut quamvis illud circumcingere quodammodo videatur; illius tamen ampliores Viæ, nullis ſepulchris, ſeù loculis, nullis picturis, aut monumentis inſignes cernuntur, & finem ſemper obtinent, cum Viis Cœmeterialibus appropinquant.

Hujus igitur in ampliſſimi, ac nobiliſſimi Cœmeterii parte, mediâ inter ſuperiorem, ac inferiorem, plures repertæ ſunt Inſcriptiones. Nulla tamen inſignior, ac pretioſior illâ, quam Menſe Decembri ejuſdem Anni 1730. detexi, una cum Adm. R. D. Canonico Joanne Marangoni, Vicentino, Proton. Apoſt; Sacrarum hujuſmodi rerum ſolertiſſimo inſpectore atque cultore, Amico meo Contubernali. Ea eſt marmoreæ tabulæ non inſculpta, ſed minio, aut Cinnabari conſcripta,

diligenti utique apicum delineatione, ſed imperitâ admodũ minervâ: characteribus quidem Græcis, verbis autem Latinis, & Sphalmatis inſignis, prout illa ferebat ætas, Severæ cujuſdam Mulieris Martyris Epitaphium referens: quæ Sermone quantò incultior apparet, tantò eruditione cenſeri debet inſignior, ad priſcam Temporum Ephemeridem, rationem Chronologicam, atque Eccleſiaſticam Epocham conſtabiliendam. Hæc uni loculo claudendo inſerviebat, in quo memoratæ Severæ Corpus repertum eſt, eiq; marmori Vitreus calix hærebat, calce obfirmatus, pedalis fere magnitudinis, intùs ſanguinea cruſta obductus, extra verò quibuſdam imaginibus, colore pictus, quamvis delapſis in eum limo, ac terrâ jam ſordidatus, pluresque in partes effractus.

Inſigne itaque hoc Monumentum, ut à temporis injuria, pro viribus vindicarem, in Sacrarium meæ Baſilicæ S. Mariæ Transtyberim transferendum curavi, Vitreis concluſum ſpeculis cuſtodiendum. Ne autem pretioſum adeo Cymelium litteratos Viros lateret, placuit Eruditiſſimo Viro P. Antonio Mariæ Lupi Soc. Jeſu, Græcæ linguæ peritiſſimo, & eximio bonarum artium cultori, illud publici Juris facere, notis exquiſitiſſimis illuſtratum. Ut autem tanti monumenti apud Eruditos noſtri ſæculi criticos nullum ſuboriri valeat dubium (quamvis Inſcriptio ipſa, vel aëris humiditate, vel aliâ quácumque ex cauſa unquam deleretur, Teſtatum Volo, illius in hoc opere impreſsum exemplar cum Originali ſuo adamuſſim, & in omnibus convenire: idemque dicendum, de non nullis aliis hujuſmodi momumentis, per me ex variis Cœmeteriis refoſſis, quæ ſparſim ab eo referuntur in præſenti Diſsertatione. Romæ, ex Cuſtodia Sacrarum Reliquiarum, Die X. Septembris, Anni 1733.

Marcus Antonius Canonicus Buldethus Sacrarum Reliquiarum, & Sacrorum Cœmeteriorum Cuſtos.

FA-

FACULTAS

R. P. DOMINICI TURANO

SOCIETATIS JESU,

Viſitatoris in Provincia Sicula.

EGO Infraſcriptus, Societatis Jeſu in Siciliæ Provincia Viſitator, & Vice-Provincialis; opuſculum hoc, cui titulus; *Diſſertatio ad Nuper inventum Sanctæ Severæ Martyris epitaphium &c.* Auctore P. Antonio Maria Lupi; Cum illud aliquot Societatis Noſtræ recognoverint, & in lucem edi poſſe probaverint; poteſtate ad id mihi factà ab Adm. Rev. P. Noſtro Franciſco Retz, typis mandari concedo, ſi iis, ad quos ſpectat, ità videbitur. In cujus rei fidem, has literas, manu propria ſubſcriptas, & Officii Sigillo munitas dedi. Panormi 22. Auguſti. 1734.

Dominicus Turano

Locus ✠ Sigilli

JUſſa Reverendiſſimi Domini Doctoris D. Caroli Vanni V. G. exequens, attentè perlegi librum, cui inſcriptio: *Diſſertatio, & Notæ ad Epitaphium S. Severæ Martyris*, ab Adm. Rev. P. Antonio Maria Lupi S. J. exaratum, in quo ne verbum quidem a Catholica Fide, rectoque morum itinere devium reperi, quin imo jucundiſſima paſcua avidè prælibavi. In ipſo ſanè Auctor, e pervetuſto lapide, apud Martyrum lipſana Romæ inventó, die, & Conſulibus, miro ingenii acumine perpenſis, multa eruit, quibus pleræque res antiquitus geſtæ, ſervata temporum ſerie, facillimè percipiuntur. Unde opus hoc ad hiſtoriam illuſtrandam, concinná methodo elaboratum, digniſſimum exiſtimo, ut prælo committatur. Panormi die 12. Novembris 1734.

S. T. D. D. Andreas Giangatto, examinator Synodalis, & Librorum Cenſor Deputatus.

Stante ſupradicta approbatione; Imprimatur.
Vanni V. G.

EX mandato Illuſtriſſimi Domini, Tribunalis M. R. C. Præſidis, & in hoc Siciliæ Regno Magiſtri Juſtitiarii Locum-tenentis D. Caſimiri Drago; perlegi librum, qui inſcribitur *Diſſertatio, & Notæ ad Epitaphium S.* SEVERÆ *Martyris*. Ab Adm. R. P. Antonino Lupi Florentino, e Soc. Jeſu, in Panormitano Nobilium Collegio ejuſdem Soc. Studiorum Præfecto, inſigniter elaboratum. In eo Auctor Grecè, & Latinè, omniſque antiquitatis peritus, ab ingenii amænitate, doctrinaque multiplici clariſſimus, nihil profert, quod Sereniſſimi Regis Noſtri Caroli III. Hiſpaniarum Infantis, Siciliæ, ac Neapolis Regis, Magnique Etruriæ Principis &c. juribus, Regnique Sanctionibus refragetur, immo in eruendis, illuſtrandiſque Veteribus Sacris, Prophaniſque Inſcriptionibus, quæ in ſaxis, & marmoribus conſeneſcebant ad interitum, ſummi judicii limâ, ut candidè ſentio, dictionis elegantiâ, ſermonis ſtructurâ, ac diſpoſitione, diſcernendique perſpicaciâ adeò pollet, lucemque affert, quæ ad hujuſmodi Monumentorum abſolutam intelligentiam conferre poſſit, ut auſim dicere, neminem, qui acri, & ſtudioſo ingenio præditus ſit, egregia Authoris eruditione, ſedulitate, & arte non delectatum iri: Idcirco librum hunc, ut typorum beneficio publici juris, publicæ que laudis fiat, dignum cenſeo. Panormi ex Conventu S. Mariæ a Miſericordia; die 17. Novembris 1734.

F. Salvator Maria Ruſſo, a Panormo, Tertii Ordinis S. Franciſci, S. T. M. & Librorum Cenſor Deputatus.

Stante ſupradicta approbatione; Imprimatur.
Drago Præſes.

INDEX
ET SYNOPSIS
DISSERTATIONIS.

§. I.

Scriptionis Occaſio, Argumentum, Diviſio. pag. 1.

Cœmeterium SS. Thraſonis, & Saturnini, ante hoſce Martyras egeſtum. pag. 2. pag. 4. not. 2.

Humus in Cœmeteriorum ſemitis, unde? pag. 2. not. 2.

Locus, & Loculus *in Cœmeteriis, & Sepulcretis quid?* pag. 2. not. 3.

Publicus Sacerdotialis. pag. 3.

Martyrum, & Chriſtianorum ſepulcra, ſæpè anonyma. Ibi.

Martyrum Romanorum numerus ingens. pag. 4.

§. II. *Aliqua de Claudio* Gotthico, *deq; vexatâ, eo Regnante, Eccleſiâ.* pag. 6.

Claudius Aug. quamdiu imperaverit. ibi. & not. 6.

Num Flavius *dictus.* 6. not. 7.

Utrùm Eccleſiam vexârit. pag. 7.

§. III. *Quis Paternus Collega Claudii? Paterni alii celebres.* pag. 8. & ſeqq.

Utrùm Paternus, Conſul cum Claudio, fuerit ex Gente Oviniâ 8.

Sancta Agnes, an ſub Diocletiano Martyr? 9.

Num ſoli Auguſti Conſules pluribus annis conſequentibus, ſæculo tertio. 10.

Apprecationes in titulis Chriſtianis. 11. not. 1.

Conſulatus duorum Maximianorum. 12.

Sigla V. P. *quid ſignificent?* 12. & not. 3.

§. IV. *Chronologica de Conſulatu Claudii, & Paterni.* 13.

Quo anno hi Conſules? 13. 14.

Cyclus Judaicus. 14.

Cyclus Hippolyti Martyris. 15.

Cyclus Victorii Aquitani. 15.

Quo anno æræ communis ſecunda Synodus Antiochena? 16.

§. V. *Excurſus Critico-Chronologicus circa antiquum Eccleſiæ morem in annotandis temporibus.* 16.

Inſcriptiones ſermone barbaræ, ſæpè tamen pretioſæ. 17.

Gruterianæ inſcriptionis genuinus ſenſus. 19.

Stilicho quo anno ſecũdùm Conſul? 19.

Pueri nomen quibus tributum? 19. not. 2.

Siglorum cc. *variæ explicationes.* 20. 21. not. 1.

Honorii Aug. Conſulatus VI. *in lapide inedito.* 22.

Lapides antiqui recèns Tibure inventi. 23. 24.

Alexander Martyr, Tibure celebris. 24. not. 1.

Heraclius Imp. in lapidibus, 24. 25.

Conjecta circa Notas quaſdam difficiles intellectu. 26. 27.

Annus Sacerdotii lapidibus ſæculi quinti ab Epiſcopis adſcriptus 27.

§. VI. *Conjecturæ circa Severam. Ea certè Martyr, quam ætatem vixerit?* 27. & ſeq.

Facilè nupta. 28.

Inſtrumenta teſtoria, in Epitaphio Chriſtiano. 29.

Calices, & phialæ cruentæ, ad Chriſtianorum ſepulcra, Martyrii ſignum. 31.

ΜΑΡΤΥΡΙΟΝ, *pro Martyrum ſepulcro.* 34. & Tab. 11.

L, *quid in Epitaphiis.* 35. & 36.

Horæ, quas defunctus vixit, in Epitaphiis Chriſtianis, Ethnicisq; 36. 37.

Dolium in Lapide Cœmeteriali ſculptum 37. not. 3.

§. VII.

§. VII. *Epitaphium Severæ, appictum marmori, non inſculptum.* 38.

Alia etiam epitaphia hujuſmodi 38. 39. & ſeq.

Monumenta recèns effoſſa ad Montem Politianum, in Etruria, 40.

H pro E, num Etruſcum? 40.

Amphoræ fictiles antiquæ, atramento ſcriptæ. 40. 41. &c.

Franciſcus Antonius Gori V. Cl. laudatus. 42. & *alibi ſæpè.*

Fabriles, *utrū Familiæ nomen?* 42.

Monumenta antiqua recèns inventa in Cœlio. 43. & ſeq.

Sigla CV, CR *quid?* 43. 44.

Notæ aliquot figulinæ enodatæ. 45. 46. 47.

§. VIII. *Ornamenta Severiano Epitaphio appicta.* 48.

Inſcriptio, Servi collo appenſa. 49.

Epitaphia Judaica duo. 51. Ta. VII.

Sponii negligentia in lapide exſcribendo. 51.

ΚΑΛΚΑΡΙΤΗΣΙΟΙ, *qui populi?* 51.

Modium, cum homine adſtante in Chriſtiano Epitaphio. 52. Tab. VIII.

Genii tunicati, in Cœmeteriali picturâ. Ibid.

Cordis imago, in antiquis Inſcriptionibus. 53. & ſeq.

Crux dejecta, in Chriſtiano lapide. 55.

Equi, ſepulcris Chriſtianorum appicti, adſculptiq; 57. 58. Tab. IX.

Tabula luſoria antiqua. 59. Ta. IX.

Character 6. pro interpunctione. 60.

§. IX. *Inſcriptio Latina notis Græcis.* 61. *aliæ ejuſmodi.* 62. 63.

Characteres Græcorum, Latinorumq; ſuſdeque habiti. 63. 64. & ſeq.

Aviculæ, & Piſces in Monumentis Chriſtianis. 64.

V pro Y. 64.

Conjux in lapide latino dicta, ΚΥΡΙΑ ΑΓΑΘΗ. 66.

§. X. *Interpunctio ad ſingulas fermè ſyllabas.* 67 & ſeq.

Etiam Auguſti ætate. ibi.

Veſtigia pedum, in Ethnicorum Chriſtianorumq; lapidibus inſculpta. 68. 69. 70.

Interpunctiones frequentes, non ad mœrorem exprimendum. 73.

In Uſu communi ſæculo tertio. 73. 74.

Interpunctiones omiſſæ. 75. & in Not.

Juppiter Stercutius. 76. Not. 3.

§. XI. *Kalendæ, Nonæ, & Idus in Epitaphiis Chriſtianis: num & in Ethnicis.* 76. & ſeq.

Quieſcere in Pace, *an inter ſolēnes formulas Ethnicorū?* 76. not 5.

Regulæ Criticorum cautè limitandæ. 77. 78.

Epitaphia aliquot ſuſpectæ fidei. 79.

Dies Mortis, aliquando expreſſus in Epitaphiis Paganorum. 82. & ſeq.

Dies etiam Sepulturæ. 84.

Vas cum characteribus Punicis. 86. Tab. XI.

Vaſa antiquiſſima græcè latinèq; ſcripta. 86. 87. Tab. XII. XIII. XIV.

ANTE DIEM, *ſolēnis formula.* 88. 2.

H pro E. 88. not. 3.

Ο᾽μικρὸν *in Monumentis græcis, figurâ reliquis minore.* 90. Not.

Hierocles Hieronis alterius Syracuſani, Pater. 90. Not.

Portunalia 91. & *in* Not.

Terentina Tribus. 94. not. 27. & 95. not. 36.

S. ita ſcriptum, Г. 97. not. 47. & ſeq. 101.

§. XII. *Nomina dierum profana apud Chriſtianos.* 99. 100. &c.

S. ita ſcriptum, ⊏, *ætate Martyrum.* 102. 103. 104.

IN PACE, *formula Ethnicis inuſitata.* 104. & Notâ 2.

DIIS MANIBUS, *formula quæ aliquādo Chriſtianis obrepſit.* 104. 105.

Epitaphia, ſepultorum, aut ſepelientium nominibus diſſimulatis. 105. not.

Παρθένος ἀθανάτη καὶ ἀγήρατος. 109. not.

T. K. I. *in lapide, quid?* 107. not.

Mabillonius vera ſenſit contra Fabrettum. 107. 108.

§. VII.

§. XIII. *Omiſſæ, ac mutatæ conſonantes literæ in Epitaphio S. Severæ.* 108.
Omiſſum N, ante S. 108. 109. ſeq.
Etiam ante alias conſonantes. 110.
Item omiſſa M 110. 112.
Didymi, *pro* Dindymi. 109. not.
Annus, *pro* Annos 110. not. 5.
M. *in fine, omiſſa* 111. not. 1. 112.
Abgar Prahates, *pro* Abagarus Phraates. 111. 112.
Abgaris Orrhenorum Regis Epitaphium. 112.
Y *grandi forma, in lapide ſepulcrali, fortaſſe pro* V, *ad* VIVUM *ſignificandum* 113.
Sarculi figura, in Epitaphio Chriſtiano. 114 & not. 1.
Fideicommiſſa in Epitaphiis. 114. not. 3. 115. 119.
Lampades loculis Chriſtianorum appoſitæ. 115. 116. not.
Nomina nominibus addita. 117. & not. 1.
D. *pro* T. 118.
Ἀσυστασία *in caſibus.* 117. 118. not.
Tenues, & mediæ alternantes. 119.
B. *pro* V; OY *pro* B. 120. & not. 2. 121, & ſeq.
Conſtantinus, & Conſtantius *in ſaxis Albanenſibus.* 124. 125.
N. & M. *alternantia.* 125. 126.

§. XIV. *Abuſus Vocalium, ac Diphthongorum in Epitaphio S. Severæ.* 126.
OY, *pro* V. *correpta.* 126. 127.
EI, *pro* I *brevi.* 127. & ſeq.
I *longa, pro* I *correpta.* 127. 128.
Lanuvium, ac Lavinium. 127. not. 4.
Juno Siſpita Magna Regina. 128.
Janus medius. 129.
Diphthongi additæ. 129. 130. & ſeq.
Omiſſæ. 132. 133. &c.
Æſa, pro Æſi, aut pro Æſernia. 130. 131. not.
Æſernini, num Polliæ Tribui adſcripti? 131. not.
Cludius, pro Claudius. 132.
U *rotunda, non angularis, in Epitaphio Jovinæ.* 133.
Conjuges, Dominæ *dicuntur in ſaxis.* 133. not.
Queſquere, pro Quieſcere. 134.
P. ANN. XXI. *num* PASSA ANNO XXI? 134. not.
Πιστὸς ἐκ πιστῶν. 136.
Ἰησοῦ χριστοῦ δούλη, *Virgo Chriſtiana* 136. 138.
Anchora in ſaxis Chriſtianis. 136. 137.
Boni Paſtoris imago. 137 Tab. XVII.
Oratio pro Defunctis. 137.
Vicus Romanus, a Capite Africæ dictus. 138.
Characteres inculti in opere Sculpturæ elegantiſſimæ. 139. not. 1.
ΜΩΟCΕΙΩ *quid?* 140.
A & Ω *in monumentis Chriſtianorum, ante Arii hæreſin.* 142.
Amuletū, Taliſmanni inſtar. 142.
E *pro* I. 142. & ſeq.
Querella, pro Querela. 144.
Sine Bile, ſine Querela &c. *conſuetæ conjugibus concordibus formulæ.* 144. not.
Maccus. 144. 145.
ΙΧΘΥC. 145. *Vide &* 103. *in* ot.
Dydamius ac Siſidius Coſ. 146. 147.
Herennius Etruſcus, Cæſ; non verò Auguſtus. 147.
Cepotaphium. 147. 148.
Præficæ monumentum. 148
E, *pro I, ruſticis antiquis pronunciatum.* 149.
Albini, Præfecti Vrbis, memoria 149. not.

§. XV. Є *Lunatum, quâ ætate in uſu.* 149.
Sponius notatus. 150.
Є & C *in titulo Crucis Chriſti.* 150. Tab. XVIII.
Characteres inverſi, Hebreorum more, in Græcis Latiniſq; inſcriptionibus. 150. 151, & *in* not.
Characterum quorumdam figura barbara. 154. not.
Integri ſiti. 154. 155. not.

§. XVI. *Leuces in Epitaphio Severiano, num muliebre nomen?* 155.
Menſa, pro Lapide ſepulcrali. 156. not. 5.
Nomina feminina in ES, *creſcen-*
tia

tia in ETIS. 157.

Utrum. aucta per Metaplaſmum *Ibi* not?

Monimentum Virginem, cum Terrula purá, ab ante, & dextrá, læ-vaque. 159.

Tralaticius cohortis. 159. 160. not.

Nomina feminina, aucta per Metaplaſmum, &c. in ENIS. 160. 161. &c.

Poſivit, a Pono. 163.

§. XVII. *Obſervanda ad clauſulam* ἰδ᾽ ἐυπειρείτω σάνκτω τῶω. 164.

Animas in ſepulcris habitare, non omnes antiqui crediderunt 164. 165.

Adpellativa affectûs in Epitaphiis Chriſtianorum. 165. 166.

SPIRITUS SANCTI *appellatio Chriſtianis defunctis tributa.* 166. 167.

E ſacris paginis, & Apoſtolicá formulá. ibi.

SPIRITO *pro* SPIRITUI, *idiotiſmus Romanæ plebis, ſæculo tertio.* 167. 168.

CUM SPIRITA SANCTA, *in Chriſtianorum ſaxis, quid?* 168. 169. not.

CUM *præpoſitio, quarto caſui tributa, ibi.*

I *præpoſitum vocabulis a duplice conſona incipientibus.* 169. 170.

Etiam aliis verbis. 170.

ISPIRITO SANTO *de Severá Martyre.* 170.

Epitaphia Chriſtianorum, ſæpè inconnexis locutionibus. 171. & not. 4.

VALE, XAIPE, ΕΡΡΩΣΟ, *verba noviſſima in Epitaphiis.* 171. 172. & *in* not.

Dialogi in Epitaphiis. 17. 173. 174.

Depoſſo, Depoſtio, Requiſio &c. & *alia barbara, in ſaxis Chriſtianis.* 173. & *in* not.

QUI ODUIT. 174.

Te in Pace, *ſolennis, & Liturgica formula.* 174. 175. 176. 177.

SEM. *quid?* 175.

Monogrammata in ſaxis. 175. 176. not.

שלום. EIPHNH. PAX. *in Judaicis Inſcriptionibus.* 177. 178. & *in* not.

Cornu, Candelabrum, & Palma, conſueta Judeis Symbola. 177. not.

ISPIRITO SANCTO, *fortè de Severæ Martyris filio.* 179.

§. XVIII. *Divinatio de Characteribus in Epitaphio deletis.* 179.

MORS, MORTUUS &c. *dicitur etiam in Saxis Chriſtianis.* 180.

Martura, Martora, Martyra, Marturoru. 180. 181. 182. &c.

Μάρτυρσι *pro* Μάρτυρ. 180.

Inſcriptiones Liutprando Regi ſynchronæ. 180. 181.

Aula *pro Baſilicá.* 183. & not.

Inſcriptiones lectu difficiles. 185. 186.

Ferina nomina Chriſtianis feminis. 185. not.

§. XIX. *Expenduntur barbara Vocabula* Αννεώρωμ, μησώρων, σεώρων. 187.

J conſona mutatur in G. 187. not.

Meſoron, Meſoro, Miſoro, *frequenti a ſæculis tertio, & quarto.* 188.

Multa hujuſmodi barbarè inflexa. 189. 190. 191.

Deceptor Parentum, Deriſor Aviæ, Filii, qui deceperunt &c. *formulæ affectum ſonãtes.* 189. not. 1.

Φῶς, Φάος, Lux, *Eroticæ appellationes.* 191. 192. & *in* Notis.

Vivas in Deo, Vivas in Domino, Ζήσαις ἐν ἀγαθοῖς &c. 192. 193. Tab. XX.

Reverendiſſimi D. M. Antonii Boldetti de Severæ Martyris Epitaphio, Teſtimonium. 194.

F I N I S.

SPECIAL 85-B
FOLIO 26610

GETTY CENTER LIBRARY